 qui uidebantur contra libertatem romanam sentire: & facere. ¶ Salutaris: utilius. ¶ Vna uos omnium id est omnes
 uno ore ita dicunt. ¶ Atque nunc Cice. petit admitti in partem gloriæ ipsius Dolobellæ. ¶ Hanc sal. hære. id est licet
 non merear: nec debeam esse particeps gloriæ tuæ: tamen patiaris me esse hæredem huius tuæ gloriæ. ¶ Quam
 quam nunc Cice. artificiose se corrigit dicens se potius daturum omnes laudes suas si quas habet ipsi Dolobellæ quā
 diminutum aliquid de illius laudibus.

S T si contentus eram mi Dolobella tua gloria:
 fatiq; ex ea magnam latitiam uoluptatemque
 capiebam: tamen non possum non confiteri cu

mulari me maximo gaudio: q; uulgo hominum opinio
 socium me ascribat tuis laudibus. neminem conueni: cō
 uenio autem plurimos quottidie. Sunt. n. permulti opti
 mi uiri: qui ualitudinis causa in hæc loca conueniant.
 Præterea ex municipiis frequentes necessarij mei: quam
 omnes cum te summis laudibus ad cœlum extulerunt cō
 tinuo mihi maximas gratias agant. Negant enim se du
 bitare quin tu meis p̄ceptis & consiliis obtemperans:
 præstantissimum te ciuem & singularem consulem præ
 beas Quibus ego q̄q̄ uerissime possum respondere: teq;
 quod facias tuo iudicio & tua sponte facere: nec cuiusq;
 egere consilio tamen neq; plane assentior ne imminuam
 tuam laudem: si omnia a meis consiliis profecta uideat
 neq; ualde nego. Sum. n. auuidior etiam quā satis est glo
 riæ. Est tamen non alienum a dignitate tua: quod ipsi
 Agamēnoni regi regum fuit honestum habere aliquē in
 consiliis Nestorem. Mihi uero gloriosum te iuuenē con
 sulem florere laudibus quasi alūnum disciplinæ meæ. L.
 quidem Cæ. cum ad eum ægrotum neapoli uenissem: q̄q̄
 opræssus totius corporis doloribus: tamē antequam me
 plane salutauerit o mi Cicero inquit gratulor tibi cum
 tantum uales apud Dolobellam: quātum si ego apud so
 roris filium ualerē: salui esse possemus. Dolobellæ uero
 tuo & gratulor & grās ago: quē quidem post te consulē
 solum possumus uere consulem dicere. Deinde multa de
 facto ac de re gesta: tum nihil magnificētius: nihil p̄clari
 us actum unquam: nihil reipu. salutaris. Atq; hæc una
 uox omnium ē: A te autem peto ut me hæc quasi falsam
 hæreditatem alienæ gloriæ sinas cernere: meq; aliqua ex
 parte in societatem tuarum laudum uenire patiare: quāq;
 mi Dolobella: hæc. n. iocatus sum libentius omnes me

Cumula
ti

Quin

M. T. C. Dolobellæ. 2. D.

Transfuderim: pro transfundam: & transmittam: uel transfunderem. Exhausterim: attulerim: imouerim. His: qua
 gessisti in consulatu tuo. Nihil fuerit ar. in amo. i. nihil magis fuerit incensum amore: q̄ ego sum incensus amore tuo.
 Nihil est. n. ostendit Ci. amorem suum excitatum esse erga Dolobellam pp̄ solam uirtutem. Amabilius: q̄ magis
 mereatur amari. Semper amauit: probat q̄ nihil sit uirtute amabilius: q̄a pp̄ eam dicit Brutum a se plurimum amari:

as si modo sunt aliquæ meæ laudes: ad te transfuderim: quā aliquam partem exhausterim ex tuis. Nam quum te semper tantum dilexerim: quantum intelligere potuisti: tum his tuis factis sic incensus sum: ut nihil unquam in amore mihi fuerit ardētius Nihil est enim (mihi crede) uirtute formosius: nihil pulchrius: nihil amabilius. Semper amauit ut scis. M. Brutum propter eius summum ingēium: suauissimos mores: singularem probitatem: atq; constantiam. Tamen idibus marti. tantum accessit ad amorem ut mirarer locum fuisse augendi in eo q̄ mihi iam pridem esse cumulatam etiam uidebatur Quis erat qui putaret ad eum amorem quem erga te habebam posse aliquid accedere: tantum accessit ut mihi nunc deniq; amare uidear ante dilexisse. quare quidem q̄ ego te hortor: ut dignitati & gloriæ seruias: proponas tibi claros uiros: quod facere solent qui hortantur. Neminem habeo clariorem quā te ipsum: te immitere oportet: tæcum ipse certes: Non licet quidem iam tantis rebus gestis non tui similem esse. Quod quum ita sit hortatio non est necessaria Gratulatum magis est utendum Contingit. n. tibi quod haud scio: an nemini ut summa seueritas: animaduersionis non modo non inuidiosa: sed etiam popularis esset: & cum bonis omnibus tum infirmo cuiq; gratissima: Hoc si tibi fortuna quandam contigisset gratularer felicitati tuæ sed contigit magnitudine tum animi tum etiam ingeni atq; consilii Legi. n. concionem tuam: nihil illa sapientius ita pedetentim & gradatim: tum accessus te ad causam facti: tum recessus ut res ipsa maturitatem tibi animaduertendi omnium consensu daret. Liberasti igitur & urbem periculo: & ciuitatem metu: neq; solū ad tempus maximam utilitatem attulisti: sed etiam ad exemplum facti. intelligere debes in te repositam esse rēp. tibi q̄ non modo tuendos: sed etiam ornandos esse illos uiros a quibus initium libertatis profectum est. Sed de his rebus coram plura propediem spero. Tu quando remp. nosq; conseruas fac ut diligentissime te ipsum mi dolobella custodias.

M. C. Papy. Pato. S. D.

d Vabus tuis epistolis respondebo uni quam quatri duo ante acceperā a Zelo: alteri q̄ at

& p̄cipue postq̄ interfecit caesarem: q̄a eo die ostendit uirtutē suā cum patriam tyrānide liberauit. Idibus mar. quintodecimo die marti cum caesarem interfecit. Accessit: additū ē. Augēdi: amorē. Cumulatū: plenissimū: q̄ nullum augmentum accipere posse uideretur. Quis. e. sicut dixit auctum fuisse amorem suū erga Brutū pp̄ mortē ca. ita dicit auctum amorem: q̄ uidebat cumulatissimus erga dolobellam. Nunc amare: ponit apertissimā differētiā inter amare & diligere: quōtā amare maiorem uim habet. Seruias: obtēpetes i. facias id q̄ & dignitas & gloria tua exigūt. Proponas: subauditū est. q̄ est q̄ hortor te: ut pponas tibi &c. Quod. s. proponere claros uiros. Tecū. e. ē. ti. reip. & quotidie aliqd̄ melius facere. Nō. li. n. e. t. s. i. n̄ potes nō esse is: qui es. i. clarissimus. Hortatio: ad dignitatē & gloriā cōparandā. Magis potius q̄ hortatione. An. ne. s. cōtingerit. Seueritas: asperitas. Aduersionis: punitionis i eos q̄ aram & colonā & reliques honores Caesa. decreuissent uel in eos q̄ contra libertatem patriæ sentirent. Non. in. i. non odiosa. nam iudicia ut alio loco diximus interdū pro odio ponitur. Postularis. grata populo fauorib; plena. Infimo. i. ēt. plābeis. Cōsiliū. sapiētiae. Concionē: orationē: licet alta ēt interdum significet: ut alio loco diximus. Accessus ingressus exordiū. Recessus: cōclusio. Pedetentim: paulatim. Res. i. rei. honestas. Cōsentio. o. i. oibus concedentibus & probantibus. Urbem aedificia ipsa. Ciuitatem. ciues. Ad. t. s. aliquod. i. ad p̄ns. Reposita i te. i. in te habere magnum p̄siciū. & esse sub tutela tua. Illos ui. Brutum & Cassiū. Profectum est p̄cessit factū est. Plura. s. dicam. Quando quontam. Nos ciues romanos. Vabus. Vnam epistolaz scripserat. Pato. d. tus ad Ciceronem gratum esse eius erga se aium quem eius litteris perspexisset p̄cipue q̄ ei esset magnæ curæ ualutudo sua quare respondens Ci. dicit maiorem eē re ipsa q̄ ille absens litteris perspicere potuisset deinde cum uāhementer laudat qd̄ tantum dignus esset amari cōmendatque plurimum eius sales & facerias. ita ut eum comparet clarissimis oratoribus ex quo merito dicit se perturbatum esse quod intelligisset talem utrum male habere q̄ Papyrius scripserat se admirari. Altera autem epistola excusauerat se partus quod non distuassisset Cice. ut emerēs domum Neapoli sic insituerat. sed exhortam ut conseruaret q̄ romæ haberet ad quā omnia scripsit Cice. & ostendit nullam causam ue quare nunc debeat notare esse ro. quis oīdat se i magna esse extimatione romæ. Postremo petit se reddi certiore de Silana domo q̄lis sit erat enim ci. eā empturus. Quat. an. s. q̄ scriberē

Amare:

Inuidia:

Accessus
Pedetē
tita

Epistolarum familiarium

ad re. i. quatuor diebus pteritis. A zelo nomē pprū. **P**ilero ta. cuius officiū est ferre tabellas. i. litteras. Ex prior. inci-
pit rñdere prio. litteris: hic text? reperit uariatus: iueni. n. codicē i quo ita scriptū erat. **E**x prio. lit. it. tibi p gratā
eē curā meā ualitudinis tuā q̄ tibi p̄spectā eē gaudeo: alii codices hñt alt? sed mihi magis p̄bat ea lectio: q̄ notauit. nā
ci. scripserat sibi magnā curā eē ualitudinē P̄ati. q̄ et patebit inferius. **P**erinde ut. e. r. t. ita ut ē i effectu. **P**erpicere
lit. cognoscere meis scriptis: q̄ maior est q̄ possim exprimere litteris. **A** fa. mul. t. a ualde multis. **N**omē: parēthēsis
q̄ oñdit ita eē q̄ intelligat se a multis amari. **I**lloz om. q̄bus uideo me diligi. **N**ā. q. p̄bat q̄ nemo sit et iucundior ip

Tabella
rius

Prudem

so P̄ato: nō tantū q̄ ab eo amet: q̄ et id ha-
bet ab aliis. sed q̄ ipse sit dignus amari. **P**ri-
dē diu. i. nā multo tpe. **C**ōstā. perseveranter.
Sed. t. cō. eē. m. i. q̄ m̄t alii faciūt sicut tu.
Quod. t. i. nūc dicit id q̄ ē p̄p̄riū ip̄s? P̄a-
ti. **S**ales: facietā. **S**aliores: suauiores la-
pidiores: p̄ponit at sales rōanos salib? atticis.
Vrbani: ciuiles: ornati. **L**icet exi. q̄. i. li-
cet putes de me qd uelis. **C**ap̄tor. delectōr.
Nostratib?: rōanis. nostrā gētis & patriā.
Oblitas la. i. latius morib? refertas ab obli-
uor p̄cipio. i. cū uideā eas esse uetustissimas
& sapere latinū. i. tales q̄les erāt tūc: cū primū
pigrini imissi sunt i Italia. nā postea supuenien-
te cogta galloz & ceteroz barbaroz icepit
pire gratia uerustaz facietariū. **P**eregrinitas
i. pegrini q̄ i urbē ueniunt. **I**nfula. immissa.
Bracatis. n. i. gallicis a braxis lōgioribus: q̄
bus utebant dicit aut nūc corruptas esse uete-
res facietas romanas in mixtione transalpina
rum & barbararū: ita uestigia ueteris leporis
in nullo remaneat. nisi in loco P̄ato. **E**t trā-
t. oino barbaris: & subaudit uideo eē oblitus.

Vestigium

Vestigium: signum: reliq̄as: tractum a pedi-
bus quorū sa. p̄z. apparent signa. **O**ēs gra-
Sempronii. Gracchū: & Tyberii: & calum:
gracchos uiros eruditissimos & facetos.
Vere ut di. cal. i. crassum oratorē intelligit de
quo ipse in. t. of. erat i. L. Crasso i. L. Philippo
multus lepos. **E**t lā. pp. C. Leliū de quo eo-
dem lib. de of. At iisdē t̄pibus in. M. Scau o &
in. M. Druso adolescente singularis seueritas.
In. C. Læto multa hilaritas: cōparat igitur
Petū Cī. his claris oratoribus. **M**ortar: iurā-
tis est. **V**ernaculæ: domesticæ: tractum a ser-
uis q̄ in domo nascuntur. qui uernæ appellan-
tur: inde uernacula lingua dicit: q̄ alii maternā
aliū uulgarem appellant. **A**d hos le. i. ad ta-
les facietas. **A**ccedat: addatur. **T**anta p.
supradixit curā. i. sollicitudinem. **E**xanimatū
attonitum percussum. **Q**uod aut respondet
secundæ ep̄st. **P**urgas: excusas. **E**mp̄tio-
nis nea. i. eius quod Neapoli eram empturus.
Auctorem: suauorem: consultorē. **A**lter in
altā partē. s. q̄ tu dixi. **N**ō li. m. i. me nō posse
facere id. **Q**uod ar. s. me facturum. **H**as
res. s. q̄s habeo romæ. **N**on oī. nō i totum.
Catulū. confutat rationem q̄ P̄atus confir-
mauerat exemplo catuli: qui nunq̄ cēsuit uē-
dendum esse Romæ: ut emeretur alibi: dicit

Verna-
cula
Vernæ
Vernacu-
la lingua

ergo q̄ illa tempora alia erant q̄ nunc. illis. ent^m temporibus dicit talem fuisse sta um reip. quod sibi placebat abesse
diutius ab urbe. quemadmodum nec catulo. **S**edebamus in pu. in loco honoratiore nauis quasi dicat eramus tunc
magistri & gubernatores nauis. per quam intelligit rempu. **C**lauum. gubernaculum. temorem quem tenet governa-
tor. Virg. v. ænei. **T**alia di. da. clauumque affixus & hærent. Nusquam amittebat. Idem lib. vi. Namque governacu-
lum multam uim forte repulsum. Cui datus hærebant custos. **N**unc hoc in tempore. **I**n sen. in loco uisissimo na-
uis. est. n. sentina pars in fundo nauis quo sordes defluunt: dicta quod grauitur sentiatu eius odor. lu. Tunc sentina
grauis intelligit autem Cī. se uix habere locum inter infimos ciuitatis. **M**inus. m. i. pauciora hæc autem dixit quia

tulerat Pilero tabellarius. Ex prioribus tuis litteris intel-
lexi pergratam tibi eē sniam meam & animum meū p̄spe-
ctum circa curam ualitudinis tuæ: quam tibi eē gaudeo.
Sed mihi crede non perinde ut ē re: absens lris perspice-
re potuisti. Nam quum satis a multis: non. n. possum ali-
ter dicere: & colī me uideam & diligi: nemo est illorum
omnium mihi te iucundior. Nam q̄ me amas quod id eē
pridē & constanter facis: est id quidē magnum: atq; haud
scio an maximum: sed tibi cōe cum multis: q̄ tu ipse tam
amandus est: atq; dulcis: atq; in omni genere iucundus:
id ē proprie tuū. Accedunt non Attici: sed saliores q̄ illi
Atricorum romani ueteres atq; urbani sales. Ego autem
existimes licet quidlibet mirifice capior facietis maxī-
me n̄ratibus: p̄sertim cum eas uideam primū oblitus la-
tio tum quum in urbem nostram infusa est perigrinitas.
Nunc uero placet etiā bracatis & transalpinis nationi-
bus: ut nullum ueteris leporis uestigium appareat Itaque
quum te uideo omnes mihi Gracchos: omnes Lucillos:
uere ut dicam Crassos quoq; & Lælios uidere uideor. Mo-
riar si præter te quemquam reliquum habeo: in quo pos-
sim imaginem: antiquā & uernacula festiuitatis agnosce-
re. Ad hos lepores quum amor erga me tantus accedat:
miraris me tanta perturbatione ualitudinis tuæ tam gra-
uiter exanimatum fuisse. Quod autem ep̄stola altera
purgas te non dissuasorem mihi emptionis Neapolita-
næ fuisse: sed auctorem moderationis urbanæ: neque ego
aliter accepi: intellexi tamen idem quod his intelligo lit-
teris non existimasse te mihi dicere id quod ego arbitra-
bar: Res has non omnino quidē: sed magnam partē relin-
quere. Catulū mihi narras & illa tpa: quid simile? ne mi-
hi quidem ipsi tunc placebat diutius abeē a reipu. custo-
dia: sedebamus. n. in puppi: & clauum tenebamus. nunc
autem uix est in sentina locus. An minus multa sena-

eo absente multa senatuscō. fiebant: q̄ ei ascribebant cū esset oīno eorū ignarus. ¶ **U**r. frequēto. ¶ **A**ma. t. ridicule dixit amatorē quē nō noīauit. ¶ **C**um in. m. u. cū cogito. ¶ **P**onor: adhibeor. ¶ **A**d sc. senatuscō. ¶ **I**n ar. & Sy. has duas potuit p oibus regionib' remotis. ¶ **I**n. m. seu. t. p mea snia secundū sniam meā. nā ut in alio loco exēplis p̄bauimus: & p & cōtra significat. ¶ **E**ffe. f. f. audīā celerius audio senatuscō. sniā meā ante esse delatū in remotas regiones q̄ facta sit aliqua mētio: ita oīa mihi ascribunt ēt q̄ non facta sunt. ¶ **L**ocari: ex loco dicere. ¶ **V**ltimis: remotissimis. ¶ **A**ppella. se appellauerim eos reges. ¶ **N**escie. na. i. quos nesciebā esse in mundo. ¶ **P**ræfectus p̄positus moribus. i. censor: & magister motum quem intelligat non satis coniectamus. ¶ **P**robo au. tuā. faciā ut tu consulēs: alii codices habent probō auctoritatem tuā sed melius placet prior lectio. ¶ **T**uos: qbus delectaris: & quos soles mihi appōere. ¶ **C**ō se. in. d. di. i. impendam in decem dies tantum q̄tuz lux sumptuaria decernit in singulos dies. ¶ **L**ux. f. q̄ sumptibus moduz perferibebat latæ sunt autē leges sumptuariæ ut docet Mac. in satur. prima orchina a. C. Orchio tri. ple. in qua perferibebatur numerus conuiuiarū. ¶ **S**e cunda. l. f. q̄ non ut prima cōhibebat numeruz conuiuariū. sed sumptibus modum fecit centū assibus: huc successit lex didia: deinde licinia: & multæ aliæ de qbus uide plane apud Marco. quia nimis longum esset hic recēscere. ¶ **M**i nus. i. non. ¶ **N**ihil gra. q̄ habitare apud te. ¶ **D**esperabam: non sperabam me posse assequi. ¶ **N**on ob. non deposui ex animo quin eam cupiam. ¶ **F**abris: mutariis & lignariis. ¶ **N**ihil uī. nihil defectus: ut puta quod sit male materiata: uitiū autē etiam ad alia trāsfertur q̄ ad homines. ut hinc de domo dixit uitiū: ut Oui. de domo Pirami & Thybæ q̄ rimosa erat dixit. ¶ **I**d uitiū: nulli per secula longa notatum. ¶ **M**ihi probabuntur: placebunt mihi.

Leges sumptuariæ

Vitiū

tusconsulta futura putas: si ego sum neapolim? Romæ quum sum & urgeo forum: senatusconsulta scribuntur apud amatorem tuum familiarem meum. Et quidē quū mihi in mentem uenit: ponor ad scribendum: & ante audio senatusconsultum in Armeniam & Syriam esse perlatum: quod in meam sniam factum esse dicatur: quā oīno mētionem ullam de ea re sciameē factam. Atq; hoc nolim me iocari putes. Nam mihi scio iam aregibus ultimis allatas esse litteras: quibus mihi gratias agant: q̄ se mea sententiā reges appellauerim: quos ego non modo reges appellatos: sed omnino natos nesciebam. Quid ergo est: tamē quamdiu hic erit noster his præfectus moribus parabo auctoritatē tuā: quum uero abierit ad fungos me tuos cōferam domum si habeo in denos dies singulos sumptuariæ legis dies conferam. Sin autem minus iuenero quod placeat: decreui habitare apud te: Scio enim tibi me gratius facere nihil posse. Domum Syllanā desperabā iam ut tibi proxime scripsi: sed tamen non obieci. Tu uelim ut scribis cum fabris eam p̄spicias. Si enim nihil est in parietibus aut in tecto uitiū cetera mihi probabuntur.

Vale.

M. T. C. Papirio Pato. S. D.

Electauerunt me tuæ līræ: in quibus primū cognoui amorem tuum erga me: qui te ad scribendum incitauit: uerētē ne Silius suo nuncio alix quid mihi sollicitudinīs attulisset. De quo & tu mihi antea scripseras bis quidem eodem exemplo: facile ut itelligerē te eē commotum: & ego tibi accurate rescripseram: ut quoquomodo in tali re atq; tpe aut liberarē te ista cura: aut certe leuarē. Sed qm̄ pximis quoq; lris ostēdis q̄tæ curæ tibi sit ea res: sic mi Pate habeto: quicquid arte fieri poterit. (Nō. n. iam satis est consilio pugnare: artificium quoddam excogitandum est). Sed tamen quicquid elaborari aut effici poterit: ad istorum beniuolentiā conciliandam & colligendam summo studio me consecutū

Electauerunt: Quum nosset Petus libertatem Ci. in loquendo & dicendo sententiā suam: uerebatur ne fortasse aliquid diceret quod animum Ce. aut eius amicorum offenderet: quia tunc rerum potiebatur Cæ. qui multis Pompeianis male erat amicus. ¶ **I**taque cum de ea re locutus esset cum Selicio timens ne Selictus ei aliquid sollicitudinīs afferret si ei hoc nunciasset. scripserat ad Ci. Binas litteras eodem exemplo: ut saltē unæ redderentur si alteræ amisse fuissent: quibus consulebat quid esset agendum: ad quas primum Ci. dixit se rescripsisse diligenter. De inde narrat quo artificio & moderatione utatur in uiuendo cum Cæ. & Cæsarianis a quibus dicit se & coli & amari quoniam nihil dicat quod merito eorum amicos offendat quod si fortasse aliqua sua dicta acuta & facta q̄ uideantur habere aliquid aculei ad Cæ. referantur. dicit. n. nō capere in malam partem. & facile se cernere dictas Ci. a dictis aliorū deinde dicit a quibus rebus consolationem capiat his temporibus. Postremo iocatur multum cum ipso Pato de uictu & cibariis utriusque. ¶ **A**maui. a. tu. i. fuit mihi gratus iucundus & amor tuus. ¶ **B**is. q. f. scripseras. ¶ **E**o

dem ex. eadem ut ita dicam copia. ¶ **C**ōmotum pp me ne qd sollicitudinīs mihi nunciaretur. ¶ **Q**uoq̄o quacunque rōne. ¶ **L**iberarem penitus tollerem. ¶ **L**euarem minuerem alleuarem. ¶ **I**sta. c. quam de me habebas. ¶ **S**ic hē. sic tibi persuade. ¶ **N**ō. n. parenthesis usq; ad eum locum sed tñ. ¶ **C**ōsilio prudētia. ¶ **A**rtificium industria. ¶ **E**xcogitandū iueniendū cogitatioē. ¶ **E**laborari summo labore curari. Istoz cæsarianoz. ¶ **M**e cō. c. ordo est. ¶ **S**ic mī. p̄. h. me cō

Epistolarum familiarium

consecutum esse summo studio: quod arte fieri poterit: quod elaborari aut effici poterit ad conciliandam & colligendam benevolentiam istorum reliqua dicta sunt per parenthesis. sed quoniam per parenthesis clausula uidebat longior repetuit dicens. sed tamen quod saepe rem apud alios idoneos inuenit. Nec frustra sum consecutus. Nam etiam sententia est per similitudinem. Sic Ouidius. quod inscribit tritium. Scilicet ut fuluū spectat in ignibus aurum. Tempore sic duro est inspicenda fides. Periculo: experientia Terentii. facit piculum litteris. Cetera: pro tempore aliqua malum & aduersum. Signa eorum quod omnes potest ostendere: quod non habent multum certitudinis. Sed. i. t. h. Argumento: signo probationis. Quamobrem: pro quod argumentum. Vere non ficit. Ea: talis quod simulat amor ab his qui sunt in aduersa uel tenui fortuna erga eos qui utuntur rebus secundis. Itaque ex hoc cognosco eorum amorē erga me uere esse: quia nec ego utor rebus secundis & magnis: nec ipsi sunt in humili fortuna ut debeant simulare. Penes. qui apud quem: intelligit aut Caesarem. Praesciri: prouiderit praecognitione. Ne dicam si. occupatio: exornatio: libidine: appetitum: sine ratione. Eius: ipsius Caesaris. In ea re ipsa: ne offenderet animus eius. Olli: alias superiori tempore. Cuius. scilicet mei. Opera. i. causa & beneficio. Esset. si. in. ci. i. qui fecissem opprimendam coniurationem sceleratissimorum hominum: ut ciuitas nostra esset libera. Iuue. Roma patrem patriae. Ci. libera dixit. Ea: libertate. Nihil lo. subaudi esse meum arbitror. Illi: Caesar. Effugere autem: occurrit obiectioni: quod uereret quibusdam seō matibus apophthegmatibus: qui fortasse offendant: dicit. n. se non posse aliter facere: nisi abiciat famam ingenii propterea ad alta dicta quod est impossibile. Effugere. of. di. i. si uelim fugere & uitate: ne quidam mea dicta acuta aut faceta offenderent facilius esset. ne dicat esse ingeniosus & doctus quod fieri non potest. Pe. tacre. seueq: uel uelox & propterea & intelligens. Et ut: huius Patus Seruii fratrem litteratissimum: & ita assuetum in lectione. poetarum. & maxime plauti: ut si quis uersus allat? fuisset pro uersu Plauti: quod non fuisset plauti: statim iudicaret: & negaret esse plauti: comparat igitur ingenium Caesaris in iudicandis apophthegmatibus ingenio & doctrinae serui in iudicandis uersibus: dicit. n. sicut frater tuus Seruius pro magna consuetudine legendi diceret: hic uersus non est plauti ita caesar cum audit aliquod dictum aut apophthegma quod mihi ascribat: quod non sit meum: statim solet reuocare & cognoscere non esse meum. Tritas. uisitatas: tractum a rebus quod usiterunt: uis & uersis trita dicitur logo uere usu consumpta. Notandis: iudicandis inspicendis sic adaptat similitudinem Caesaris ad Seruium. Consecruit: composuerit & prope y. x. sententia breuis: acutum dictum aut codex habebat & ueritas: pro. i. obscuri? nam & h. n. e. r. o. s. significat sine intellectu. Reicere respuere. Familiars illius: qui testificantur ei de facietis & acumine meorum dictorum. Incedunt casu dicuntur. Vario ser. iterloquendum uariis de rebus. Nec insula: non insipida aut infacta. Nec si. non illiterati homines. Cum reliquis actis. s. publicis. qui uult ad se deferri. Praeterea: qui sunt nec insula nec illiterata. Non pu. au. non delectaretur audire. Oenomaus tuo: oenomaus: nomen est tragoediae sicut & Orestes. fuit autem Martis filius: rex elidis & pisae: & Hippodamiae pater quem Accus poeta in tragoedia introducit de insula conquerentem: de qua dicit. Ci. non esse sibi querendum: quia nihil habebat: quod sibi inuidendum sit. Posuisti loco in. notasti. Quid potest inuideri: quod est quod sit mihi inuidendum. q. d. nihil. Fac. pone. singe. His stocicos intelligit. Vim

Periculus

Praesciri

Opera

Trita uersus

Oenomaus

esse: nec frustra ut arbitror: sic. n. color: sic obseruor ab omnibus his qui a Caesare diliguntur: ut ab his me amari putem. Nam & si non facile diiudicatur amor uerus & fictus: nisi aliquod incidat eiusmodi tempus: ut quasi aurum igni: sic beneuolentia fidelis periculo aliquo perspicui possit. Cetera communia signa: sed ego uno utor argumento. quamobrem me ex animo uereque arbitror diligere: quia & nostra fortuna ea est & illorum ut simulandi causa non sit. De illo autem: quem penes est omnis potestas: nihil uideo quod timeam: nisi quod omnia sunt incerta cum a iure discessum est: nec praesciri quicquam potest quale futurum sit. quod positum est in alterius uoluntate ne dicam libidine: sed tamen eius ipsius nulla re a me offensus est animus Est. n. adhibita in ea ipsa re summa a nobis moderatio. Ut enim olim arbitrabar esse meum libere loqui cuius opera esset in ciuitate libertas: sic ea nunc amissa nihil loqui quod offendat: aut illius: aut eorum qui ab illo diliguntur uoluntatem. Effugere autem si uelim nonnullorum acutere: aut facete dictorum offensionem: fama ingenii mihi est abicienda: quod si id possem non recusarem: sed tamen ipse Caesar habet peracre iudicium. Et ut Seruius frater tuus quem litteratissimum fuisse iudico: facile diceret hic uersus Plauti non est: hic est: quod tritas habet aures notandis generibus poetarum & consuetudinem legendi: sic audio Caesarem quum uolumina iam confecerit apophthegmatum. id est dictorum mordaciter si quod deferatur ad eum pro meo quod meum non sit reuocare solere: quod eo nunc magis facit: quia uiuunt mecum sepe quotidi die illius familiares. Incidunt autem in sermone uario multa: quae fortasse illis quum dixi nec illiterata: nec insulsa esse uideantur. Haec ad illud cum reliquis actis proferuntur: ita enim mandauit. Sic fit: ut si quid propterea de me audiat: non audiendum putet. Quamobrem Oenomaus tuo nihil utor: & si posuisti loco uersus accianos: sed quod est inuidia: aut qui inuidi nunc inuideri potest. Verum fac esse omnia. Sic uideo philosophis placuisse lais: qui mihi soli uidentur uim

uirtutis: ga ualeat uirtus. Nihil p. nihil eē ad q. sit obligatus. Qua: culpa. Duplīter: duplīe rōne. Er qd' p'ia rō. Sēserim. iudicauerim. Et q. cū scda rō. Ad obtinēda ea. ad sustinēda ea q. essent rectissima. In of. boni ci uis i eo q. debet facere bonus ciuis. Temere in cōsiderate. Potētes uirtutis tenere. Nihil esse sapientis prastare nisi culpam qua uideor mihi dupliciter carere: & q. ea sēserim quae rectissima fuerunt: & q. quum uideri prastidii non satis esse ad ea obtinēda uiribus certandum cum ualentioribus nō putarim. Ergo in officio boni ciuis certe nō sum reprehendendus. Reliquum est ne quid stulte, nequid temere dicam: faciamus contra potentes. Id quoque puto eē sapientis. Caetera uero quid quisque dixisse me dicat aut quomodo ille accipiat: aut qua fide mecum uiuant iis: qui me assidue colunt & obseruant: prastare non possum. Ita fit ut & consiliorum superiorum conscientia: & praesentis temporis moderatione me consolet: & illam Actii similitudinem non modo iam ad inuidiam: sed ad fortunam transferam: quam existimo leuem & imbecilem: & ab animo firmo & graui tanquam fluctum a saxo frangi oportere. Etenim quum plena sint monumenta Graecorum quemadmodum sapientissimi uiri regna tulerint uel Athenis uel Syraculis cum seruientibus suis ciuitatibus fuerint ipsi quodammodo liberi: ego me nō putem tueri meum statum sic posse: ut neque offendam animum cuiusq. nec frangam dignitatem meam. Nunc uenio ad iocationes tuas quando tu secundum Oenomaum Actii: nō ut olim solebat Attelanicum: sed ut nunc fit minimum introduxisti: quem tu mihi Popilium: quē deuarium narras: quam Tyrotarchi patinam. felicitate mea ista ferebantur antea. Nunc mutata est res. Hirtium ego & Dolobellam dicendi discipulos habeo: coenandi magistros. Puto enim te audisse: si forte omnia ad uos perferuntur: illos apud me declamitare: me apud illos coenare: tu autem q. mihi bonam copiam eiures habere nihil est. Tu enim quū rē hēbas: quāstiuiculis te faciebā attētiore. Nā cū tam aequo animo bona p'das: non eo sis consilio: ut quum me hospitio recipias existimationē te aliquam putes accipere: et hāc leuior est plaga ab amico quā a debitore. Nec tam eas coenas quaro ut magnae reliquiae fiant: quod erit magnificum: sit & lautum. Memini te mihi Phameae coenam narrare: temperius fiant: caetera eodem modo. Quod si perseveras me ad matris tuae coenam reuocā: feram id quoq. uolo. n. uideri animū qui mihi audeat ista quae scribis apponere. Aut etiam polypū

Caesare & caesarianos. Caetera uero haec sunt q. sequunt. Quo. in q. p'te. Prastare non poss. nō ē i p'tate mea. Cōscientia. ga rectif sine scnsi. Moderatione: modestissimo regi mine quo utor. Illam similitudinem. Actiū. de inuidia q. adducis. Non mō: non solum. Leuē & imbe. i. tanq. leuē & imbecilitatem. Tanq. fluctum aia. naz scopuli repellunt & retundūt fluctus ita ut eos frangant: ita fortis aius debet retundere & frangere fortunā. Monumenta: scripta historia. Tulcrini regna: passi sint reges & tyrānes. Athenis ubi ali qn fuerunt et tyrāni. Syraculis q. urbs est siciliae Dionysii tyrānide nota. Ipsi uiri sapientissimi. Libeti in libertate: ga contēbant fortunam. Suis Ci. ser. i. cum suae ciuitatis essent in seruitute: ipsi tñ erant quodāmodo liberi. Non pu. q. d. imo p'urabo. Tueri cōseruare. Nec frā: nec minuā. Nunc. u. incipit ci. agere iocis cum p'cto. Quando: quoniam. Ut so. o. ut olim fieri solebat. Attelanicum ab opyido attelano comœdiae attellanae appellatae sunt. Quem tu hoc genus iocationis magis itelligebat ab his inter quos agebat: q. exprimeret. Quā tyro. p. s. narras. tyrotarchum Alii dicunt genus eē salsamēti ali. placenta siue ut uulgus ait artocreae derivatio aut uidet significare genus esse casei falsi. naz τυροσ castos dicit τ α π υ ξ ε ω falso & τ α π υ ξ ος falsus poterat tñ esse condimentum aliqd ex caseo falso quod non erat ualde sumptuosum. Felicitate mea ista se. i. cū essent ditior & res mihi essent meliores ista ferebant. talia cibaria Alii legunt facilitate mea q. magis probo. Mutata. r. ga non sunt in eo statu in quo solēbā. Hirtius & Do. h. duo adulescentes erant nobilissimi Ca. gratissimi. Dicendi di. iocatur Ci. dicit. n. hos duos sibi discipulos in arte dicendi in arte aut coenandi esse magistros. Eiores. affirmes iutando. Bōa co. aut per bonam copiam deam. aut bonam copiam. i. esse tibi conicimus Ci. fuisse inultum a P'cto. Cum rem ha. cum eras ditior. Nunc ostendit P'ctum male agere rem suam. Tam aequo tam sine sollicitudine & cura. Tam. i. nō sis eo cōsilio nō hoc credas non tibi hoc persuadeas. Ut cō. i. ut putes augere reputationē suā si accipias me hospitio. & des mihi coenas uult. n. Ci. significare se excipendū familiariter sine ambitioe & ipēsa P'cti ab amico qui erat sponte & non inuitatus. Quā a de. i. q. ab eo q. ex abito erat. Eas tales. Fiat ma. re. i. ut multa sup sint: ut solet fieri i magnis cōuiuuiis. Et. i. et. Lautū: nū dū. Fiat tē. i. tpantius q. s. coena phaniae. i. minori ipensa uel meli. Tēpetius. i. magis in tpe uel citius. Qui. iiii. meta. Mō surgies co tpe caelo. i. citius. Coena ma. r. q. itelligimus eē sumptuosam. Ferani iocaf. q. d. ueniā ad cā. Videre expleri. Audeat quasi in rē magnā. Polypū genus ē piscis a multitudie pe

Monumēta

Attelanae Comœdiae Tyrotarchiana

Eiores

Polypus

Epistolarum familiarium

di sic dicti. **M**imianus i. si ex aliqua comedia est hic locus ubi fortasse polypus. Ioui appositus scribebat aut qualis polypus q appositus est in cena Iouis Mimianus: quae minus aliquis scripsit aut representavit: alii legunt minua ut sit scisus minua. i. columa. **N**o au. s. inuitare ad cenam matris. **D**e. m. no. lan. nunciabit tibi q sim nimium lantus. **E**a lauitia. **P**romulsie genus est liquaminis ut qda uoluit ex mulso. **S**ustuli. amouit: qd no amplius delector. **O**leis: aq & sale conditis. **L**ucanicis: lucanica genus e farcimis ex porcinis carnibus a lucanis populis: un primu fuit i ueta sic dicta. **A**bstergere penitus amouere antiquu quo soleba delectari. i. paraty totichu: erat. n. cibis pauci sumptus: que prius dixit Ci. se iam fastidire cu antea ferret nuc at dicit pro: ut illud sibi patet. **V**nu picipura. **M**ore no. ut cosueim. i. moderate. **I**lla sit. quu dixius no ee lautos. **L**usim?: exioco dixim?. **P**raetermissuz. suilla felciana. **S**atis fatetiag. **S**anionu Sanioes q fut i dictis fatui & morib? obscenici. li. ii. de ora. qd Porro tam ridiculu q Sanio hoc graeci appellant βωμολοχοσ quorsum autem subdit de ric. Satis. a. salis est. Sanionum parum: non facile potest intelligi.

Promulsie
Lucanica
Sanioes

On tu. Romani moris fute militibus n ueteranis post confecta milita agros aliquos dare quoru pueribus possent senectute sua & familia sustentare ut ondit Iu. Tandem p multis uix iugera bina dabant Vulnerib? & Luc. li. i. pharalicia. Quae sedes erit e meritis q iura dabant. Quae noster ueteran? aret. Id igit quu Ca. facturus diceret petiuerat Patus a Cic. qd putaret ee factuz de his agris. **I**taq; C. rescribens ostedit eu melius scire debere q balbu Ca. intimu & familiarem apud se huerit a quo potuit oia multa melius intelligere. **I**taq; ab pato petit qd putet no de agris sed de se ipsis ee futuz Caesare tenete oia deide tu dicit Ci. qd intelligat de diuisione agroru & licet ager suus tusculanus pp ut ciuitate imineat piculo diuisionis dicit tu se no timere. sed ut uisq forte & phum existimare satis sibi ee q uiuat seqz amare ca. cui? bnficio habeat uitam Postremo dicit no solu sibi. sed et ipsi Ca. q oia regit incertu esse qd sit futurum qa res ipse pro tpsibus mutat. **N**o tu interrogatue legendu est none ho es dignus uideri. q. d. simplex. **B**albus q Caesaris consilia nouit. **M**unicipiis oppidis q assinuabant ad habitatione militum. Luca. an melius fient pyratae magne coloni. **E**t agris diuidendis. **I**ste Balb?. **E**x isto qa qcqd de factis caesaris scio. Balbus mihi dicit imo petit a Pato qd putet futurum de se ipsis. **S**i me a. adiuuatio. **H**abuiisti Balbum. **V**el ebrio qa bene poti facilius reuelant secreta Hora. **Q**uid non ebrietas designat opta recludit uult autem intelligere habuisti eum apud te qui uel deliberata mente quod faciunt sobrii uel ex casu & temere ut faciunt ebrii tibi dixit quid sit Caesar facturus. **I**lla idest talia. **D**e lucro idest ultra quam sperabamus & optabamus. **T**er. Quicquid praeter spe cuenerit id in lucrum deputato. **Q**uadriennium quatuor annos praeteritos. **S**i autem quasi correctio quia dixit lucrum esse quod uiuat. **A**ut ui. i. si ultra potest appellari uiuere post repu. amissam. q. d. quae potius est mors. **D**einde. s. non quaro ista. **Q**uod idest quia. **V**ideor sel. conit eio quodammodo quid sit futurum. **F**iet. n. i. quod uidetur scire quod omnia regetur arbitrio eorum qui habebunt potentiam. **V**alebunt poterunt. **V**alebunt. a. significat quod magis regentur res ut quadam q iusticia. **Q**uicquid co. q. d. sola uita etiam sub imperio Ca. quando uiuendo aliter facere non possumus. **H**oc si ostendit Catenem non sine causa perisse ne ueniret in hanc seruitutem. **S**i quis significat catonem qui seipsum uticae interemit ne Caesaris tyrannidem uideret. **V**iuentem. a. agrum uetorum qui populi sunt finitimi romanis. **C**apenatem a capena oppido: unde & porta quae illuc ducebat capena appellata est. **I**u. Substitit ad ueteres arcus madidanque capenam. **M**etium tur mensuram ut diuidant. s. caesariani. **H**oc. s. quod metuntur istos agros. **N**on ab. I. o. a. t. quia propinquum est imminet periculo tusculanum propter uiciniam. **V**ir. Mantua ue miserae n. u. cre. **F**ruor capio uoluptatem & fructu ex eo agro. **D**um licet dum permittitur mihi dum possum. **S**emper li. s. frui. **I**d ut fruatur meo agro. **M**inus non

Municipia

Capena
Porta
Fruor

Miniani Iouis simile. Crede mihi non audebis: ante meum aduentum fama ad te de mea noua lauitia ueniet: eam extinguesces. Neque est: quod in promulsidae spei ponas aliquid: quam totam sustuli. Solebam. n. antea delectari oleis & lucanicis tuis. Sed haec loquimur: liceat modo isto uenire. Tu uero: uolo. n. abstergere animi tui metum: ad tyrotarichum antiquum redi. Ego tibi unum sumptum afferam q balneum calefacias oportebit. cetera mori nostro. Superiora illa lusimus de uilla felciana: & curasti diligenter: & scripsisti facetissime. Itaque puto me praetermissurum. Salis. n. satis est: sanionum parum. **V**ale.

M. T. C. Lutio Papirio Pato. S. D.



Non tu homo ridiculus es: qui quum Bal. noster apud te fuerit: ex me quaras quid de istis municipiis: & agris futurum putet: quasi aut quicquam sciam quod iste nesciat: aut si quid aliquando scia non ex isto solea scire. Immo uero si me amas: tu fac ut scia quid de nobis futurum sit. Habuisti. n. in tua potestate: ex quo: uel ex sobrio: uel certe ex ebrio scire posses. Sed ego ista mi Pate non quaro. Primum quia de lucro prope iam quadriennium uiuimus: si autem hoc lucrum est: aut haec uita superstitem reipu. uiuere. Deinde q mihi scire quonque uideor quid futurum sit. Fiet. n. quodcumque uolent qui ualebunt. **V**alebunt autem semper arma. **N**obis igitur satis ee debet quicquid conceditur. **H**oc si qs pati non potuit: mori debuit. **V**euientem quidem agrum & capenatem metiuntur. **H**oc non longe abest a Tusculano. **N**ihil tamen timo: fruor dum licet: opto ut semper liceat: si id minus

¶ Quando: quoniam. ¶ Vir. f. bene armatus contra omnia aduersa. ¶ Duxi existimauit. ¶ Pulcherrimum uir. uitam esse pulcherrimam omnium: quæ nobis contingunt pro locis mutat Cice. sententias: alibi enim ostendit uitam amissa dignitate & honestate nullo pacto esse appetendam. ¶ Eum caesarem. ¶ Beneficio liberalitate. quia poterat mihi eripere si uoluerit. ¶ Id. s. uiuere. ¶ Qui excusat ca. quod licet bonam habeat uoluntatem: necesse tamen sit cum multa facere ad arbitrium aliorum: quos habet sibi coniunctos & amicos. ¶ Quid fa. i. aliquid quod possit facere ut uult. ¶ Colligauit. q. d. implicuit. ¶ Longius pro. plura dico q̄ opus erat. ¶ Ipsum prin. ipsum Ca. qui est princeps consiliorum. ¶ Nos

contingerit: tamen quando ego uir fortis: idēque philosophus uiuere pulcherrimum duxi: non possum cum non diligere: cuius beneficio id consecutus sum: qui si cupiat esse temp. qualem fortasse & ille uult & omnes optare debemus: quid faciat non habet: ita se cū multis colligauit? Sed longius progredior. Scribo. n. ad te. Hoc tamen scito non modo me qui consiliis non intersum: sed ne ipsum quidem principē scire quid futurum sit. Nos. n. illi seruimus: ipse temporibus. Ita nec ille quid tempora postulatura sint: nec nos quid ille cogitet scire possumus. Hæc tibi antea non rescripsi: non quo cessator esse solem: præsertim in litteris: Sed quum explorati nihil haberem: nec tibi sollicitudinem ex dubitatione mea nec sp̄e ex affirmatione afferre uoluī. Illud tamē ascribam quod est uerissimū: me his temporibus adhuc de isto periculo nihil audisse. tu tamen pro tua sapiētia debebis optare optima: cogitare difficillima ferre quæcūque erunt.

M. T. C. Pato. S. D.

¶ Vm essem ociosus in tusculano: ppea q̄ discipulos obuiā miserā: ut iidē me q̄ maxie conciliarent familiari suo: accepi tuas lras plenissimas suauitatis: ex quibus intellexi probari tibi meum consiliū: quod ut Dionysius tyrannus quum Syracusis expulsus esset: Corinthi dicitur ludum aperuisse: Sic ego sublati iudiciis amisso regno forensi ludum quasi habere cœperim. Quid quaris: me quoque delectat consiliū. Multa. n. consequor. primum id quod maxime nūc. opus ē. munio

etiam cum aliquando deuenturum ad eundem exitum. ad quem ipse peruenit. ut aperiat ludum litterarum. sed minore tamen auctoritate. ¶ Ociosus sine occupatione. ¶ Discipulos: hirtium & dolobellam: quos supra dixit se habere dicendi discipulos & cœnandi magistros. ¶ Familiari: caesari cui miserat eos obuiam: cum intelligeret eum uenire romam: ut conciliarent ipsum alienatum propter partes pompeianas: quas secutus fuerat. ¶ Probari: laudari. ¶ Consiliū meum id quod institui facere. ¶ Quod. quia. ¶ Ut Dionysius: honestat. Ci. factum suum illustri exemplo a rege sumpto: & si mul per transitum ostendit principibus & regibus prodesse interdum etiam scientiam: & litterarum cognitionem. ¶ Diony. filius prioris Dionysii: de quo Cice. mentionem facit li. iiii. tusculanarum questionum: quod ludum aperuerit corinthi cum syracusis expulsus fuisset: & Qui. lib. iiii. de ponto. ¶ Illa syracusia modo formidatus in urbe. Vix humi li duram reppulit arte famē. ¶ Corinthi: in corintho aduerbitaliter posuit. est autem urbs achaia: de qua supra alio loco plura memoranda diximus. ¶ Ludum: scholam: ponitur enim ludus pro loco ubi exercetur aliqua ars. unde diximus ludum palæstræ: ludum litterarum. ¶ Sublati: amotis. ¶ Iudiciis: causis iudicialibus: quas solebam agere. ¶ Regno forensi: ad laudem suam dixit. quia ita obtinebat principatum inter oratores Cice. ut diceretur regnare in causis. ¶ Quasi: ut ostenderet se non penitus esse magistrum docendi. ¶ Quid quæ. genus dicendi cum uolumus breuiter aliquid concludere quasi dicat non est opus pluribus: sic Hora. in epi. Quid quæris utuo & regno simul ista reliquit. Quæ uos ad cælum fertis rumore secundo. ¶ Multa. scilicet commoda. ¶ Munio. facio me fortem.

eniz ratio quare Caesar nesciat futura. ¶ Ipse tem. s. seruit. Tempora quæ assidue mutantur. ¶ Ille Ca. ¶ Cogitet: habeat in animo quæ cogitationes alieni cordis nobis sunt ignotæ. ¶ Non re. cum a me petisses. ¶ Antea: olim. ¶ Cessator piger. ¶ Nihil ex. nihil certi. ¶ Nec duplicem assignat ratione: quare citius non rescripsit: quia quum nihil haberet explorati: noluit exponere rem in dubio: ne ex dubitatione daret ei sollicitudinem: nec uoluit etiam affirmare quod erat incertum: ne ex affirmatione daret spem uanam. ¶ Ascribam subiungam: quasi post omnia scribam. ¶ De isto peri. quod tu times imminere nobis. ¶ Tu tamen: consiliū sapientis: ut optemus ab eis semper optima. & tamen cogitemus potius mala posse euenire q̄ bona: quia si ita cogitabimus minus nos oppriment quam præcogitata eueniēt: etiam si erunt mala. Si autem euenient bona: id erit in lucto: quia cum cogitatio nostra eēt de malis superuenerint. ¶ Quæcūq;. e. siue bona siue mala. Virg. Quicquid erit superanda omnis fortuna ferendo est.

¶ Vm essem. Occupata repu. a Ca. cum Ci. arti nullus esset locus in curia aut i foro: ut ipse multis locis cōquæstus est se totum abdidit in studia litterarum: ut ex eis aliquam medicinam miseratq; acciperet. & quosdā adolesecētes nobilissimos i arte dicēdi docēdos accepit. nō tñ multos ut multi suspicant: q̄ credit eū aperuisse ludum omnibus uenire uolentibus. habebat enim paucos. ut Balbum Hirtium & Dolobellam. licet ipse gratia iocē dicat se aperuisse ludum itaq; hac epistola iocatur cū pato. & ostendit se sapiētius fecisse qui secutus sit tempora q̄ eos qui seipos interemerunt. Commemorat commoditates. quas ex hoc exercitū consequitur. Postremo irridet patū qui bona sua paulatim cōsumeret. significat

¶ Vm essem. Occupata repu. a Ca. cum Ci. arti nullus esset locus in curia aut i foro: ut ipse multis locis cōquæstus est se totum abdidit in studia litterarum: ut ex eis aliquam medicinam miseratq; acciperet. & quosdā adolesecētes nobilissimos i arte dicēdi docēdos accepit. nō tñ multos ut multi suspicant: q̄ credit eū aperuisse ludum omnibus uenire uolentibus. habebat enim paucos. ut Balbum Hirtium & Dolobellam. licet ipse gratia iocē dicat se aperuisse ludum itaq; hac epistola iocatur cū pato. & ostendit se sapiētius fecisse qui secutus sit tempora q̄ eos qui seipos interemerunt. Commemorat commoditates. quas ex hoc exercitū consequitur. Postremo irridet patū qui bona sua paulatim cōsumeret. significat

Dionysius Corinthus Ludus

Epistolarum Familiarium

Ad hæc. t. cotta cōditionē horz tpoz: q̄ ē pessima. Cuiusmōi quale. Id. s. qd̄ sequor litteras. Me añ po. i. plus laudo cōsiliū meū: q̄ alioz q̄qd̄ ali faciūt. Nisi for. occurrit obiectiō. In le. fa. i. si mortuus eēm i lecto meo: ut di ci solet febrī uel aliō morbo cōsumptus: fateor qd̄ meli⁹ fuit mori. Sed nō ac. fortia noluit ut in lecto moreretur. In acie. i. bello: q̄a poterat ēt obici: q̄re nō potius uoluit p̄ire i bello pugnādo p̄ libertate: q̄ fuisse tibi sūmæ laudi: ut pulchritūz mori succurrat i armis: t̄ndet se nō fuisse i bello. Lētulus af. isti fuerūt duces pō. Pō. s. magnus. Foede: crudelē uel certe turpiter & ignaue. Mors pō. a Plu. & Appiāo & ab aliis ita scribit ut hic nō sit mēorāda: uide ēt Lu. Scipio: pater Cornelie uxoris Pō. cum. n. eēt Cæsar post mortē Catōis q̄ seipsum uti

Fœcie

ex iteremerat extrecētis: q̄ senatus formam p̄ferebāt quoscūq; reperiret: morti traderet. L. Scipio: q̄ eo in bello impator erat: h̄yemē in mari agēs hostilibus nauibus casu obuī⁹ egregie se gessit: dōec fortia aduersante ei⁹ nauē supata seipsum iteremit: sp̄ōteq; in mare p̄cipitē se dedit. At. Ca. p. i. p̄it. i. cū magna laude quonā maluit mori liber q̄ uiuere seruus. Istuc. s. p̄ire. Licebit. n. cū uo. erit sp̄ i p̄ate nostra quouēseūq; placebit. De mus operā: curemus. Illi Ca. i. ne ita sit nobis necessitas nos interficiendū sicut illi fuit. Id. ne sit nobis necesse. Primus. q̄ dixi mus muntre nos ad hæc tēpora. Illud. q̄ mox dicam. Melior. f. melius habeo. & ut uulgari⁹ dicam melius sto. Valitudine. bona. s. fio melior. i. q̄tuz ad sanitatē. Exer citationibus. q̄ plurimum conferunt ad con seruationem humani corporis. ut infra ipse scribet ad Ti. Deinde. alta rō. qd̄ nisi de disse se exercitatiōni amississet omnem facul tatem dicendū q̄ habebat. Audiatur. n. de li. imo & ociosa iuuentus. q̄ fatis putat semel in anno scribere epistolam aut carmē. & pos se retinere dicendū facultatem. cum. fons elo quentiaē ueretur. ne parua intermissione ex aretceret. Exhaurisset. exticata esset. tra ctum ab aquis. Extremū. ultimū. & scipit iocari. Primū. i. p̄cipuū & antepōndum oibus aliis cōmodis. Pauōes. q̄ ita erant i deliciis ut pontificali cenæ apponerentur. Primus aut̄ posuisse dicit Hortē. euz augur eēt ut scri. Ply. apud quē uide plura de pauonibus.

Pauones

me ad hæc tpa. Id cuiusmōi sit nescio. Tantū uideo nulli us adhuc cōsilia me huic antepōdere: nisi forte mori meli⁹ fuit i lectulo. Fateor sed nō accidit: i acie nō fui. Cateri: q̄ dē Pōpei⁹: Lētulus tuus. Scipio aphricanus fœde perier rūt: & Cato p̄clar. Iā istuc quidē quū uolēus nobis licebit Demus mō operā ne tā necesse nobis sit quā illi fuit. Idq; agius: ergo hoc primū sequit̄ illud: ip̄e melior fio. Primū ualitudine: quā itermisissis exercitatiōibus amiserā. Deinde ip̄a illa siqua fuit i me facultas orōnis. nisi me ad has exer citatiōes retulissē exaruisset. Extremū illud est qd̄ tu nescio an primū putes. Plures iā pauōes cōfecī quā tu pullos cō lūbios: tu istuc te Atteriāo iure delectato: ego me hic Hir tiāo. Veni igit̄ si uir es & discē προλεγομεγασ. i. argu mēta p̄posita q̄s q̄ris & si sus Mineruā. Sed quādo ut uī deo æstimatōes tuas uēdere nō potes: neq; ollā denariorū iplere. Romā tibi remigrādū ē. Sati⁹ ē hic cruditate quā istie fame. Video te bōa p̄didisse: spo idē istos familiares tuos. Actū igit̄ de te ē: nisi puides. Potes mulo isto quem tibi reliquū fuisse dicis: quādo canteriū comedisti romā puehā. Sella tibi erit in ludo tanquā hypodidascales p̄xiu ma: eam Puluinus sequetur.

M. T. C. L. Papyriō p̄ato. S. D.

Confect. cōsumpsi. q̄ mihi sunt donati a discipulis meis. Pullos co. q̄ sunt uiliores. Atteriāo. q̄dam somnauit atteriū & h̄yrtiū fuisse coquos. q̄ bene fercula condirent. re autē uera Atterius familiaris erat Pæti. Hirtius uero Ci. ut supra dixi. dicit̄ ergo Cic utere in iure. q̄ dabit tibi Atterius tuus. ego aut̄ iure q̄ dabit mihi Hirti⁹ meus. Delectato. frutor. Lure. brodio aqua condita & pigui προλεγομεγασ προλεγομεγασ p̄dico significat. Intelligit̄ aut̄ Ci. propōnes. i. snias quas Hirtio & Falbo p̄ponebat. ad quas audien das inuitat p̄tū. sed ne eū ad indignatiōnē moueret. subdidit. Et si sus Mi. licet ego ip̄ertus doctissimum uelim docere. Sus. n. ad mineruā deā sapiæ nullā hēt cōparatiōnē. Sus. i. ego ip̄ertus tanq̄ sus. erat aut̄ p̄uerbiū. Quādo. quo niam. Aestimationes. q̄dam diuinant significare. q̄ uulgo p̄cipue Mediolani appellāt libella uel augmēta facta super bonis emphiteoticis. ego aut̄ puto Ci. intelligere p̄ æstimatōes cēsū. quē p̄ iocū dicit p̄tū nō posse uēdere. quia ille cōsumperat fere oīa bona sua. ut paulopost aptius dicit. Nō po. uē. q̄ nullæ iam tibi relictae sunt. Ollam. urnā. Remigrādū. reuertendū. Hic. Romæ. s. laborare uel p̄ire. Cruditate. ingurgitatiōe & repletiōe ciboy. nam cru dus dicit̄. q̄ tantū comedit ut nō facile cōcoquat. Iuue. Et crudū pauenē i balnea portas. pauenē. n. dicit̄ crudū nō du ræ digestonis. ut q̄dam putāt. cū sit cibus delicatissimus: sed pp̄ repletiōnē. sic Hora. Crudi tumidiq; lauēmur. Spero p̄ timeo. ē at̄ acyologia. ut hūc ego si potui tāū spare dolore. Factū de te. i. actū de te. i. nulla spes ē de te & rebus tuis. Prouehi. portari. Multo isto. iocai Ci. q̄a Pætus uentus uendiderat equum. & scriperat reseruasse sibi tantum mulum. Canteriū. equum cui testiculi amputati sunt. q̄ ideo sit mansuetior. distat aut̄ ab equo qd̄ Maialis a uerre. capus a gallo. uerūex ab arte. Relicuum. relictum. superuisse tibi. Comedisti. facete. quam pecuniam ex cāterio uendito cōtraxerat. i. uentre consumperat. sic Iu. q̄s. n. te deficiente erumena. & crescente gula manet exitus. ære pater no Ac rebus meris i uentrem fœnoris atq; Argentī grauis & pecorum agrorumq; capacem. Sella. icipit̄ iam cum detidere. q̄a dixit̄ se apuisse ludum significat Ci. qd̄ ēt cogetur Pætus idem facere. Dicit̄ ergo. Sella cathedra a sedēdo. Hypodidascales: secundo magistro. q̄ enī primo & generali magistro subest dicitur hypodidascales ab ὑποδοσ sub & δίδασκαλος magister: uulgo appellant̄ repetitorem. Proxima. post me. Puluinus. torus. quasi plui minus solet autem supponi cathedris. ut mellior sit sessio.

Crudus

Spero

Cāterius

Hypodidascales

maximo quod in finibus est allobrogum ponte una die factio exercitum ad. iiii. idus maii traduxi. Quum uero mihi nunciatum esset Luci. Antonium praemissum cum equitibus & cohortibus ad forum iulii uenisse: fratrem cum equitum. iiii. milibus: ut occurreret ei misi ad. ii. idus maii: ipse maximis itineribus cum quattuor legionibus expeditis & reliquo equitatu subsequar. Si nos mediocri modo fortuna reip. adiuuerit: & audaciae perfidorum & nostrae sollicitudinis hic finem reperimus. Quod si latro praecognito nostro aduentu rursus in Italiam se recipere ceperit: Bruti erit officium occurrere ei: cui: scio nec consilium nec animum defuturum. Ego tamen si id acciderit fratrem cum equitatu mittam: qui sequatur. Italiam a uastatione defendat. Fac ualeas: meque mutuo diligas.

M. T. C. Planco. S. D.

Nihil post hominum memoriam gloriosius nihil gratius ne tempore quidem ipso opportunius accideret uidi: quam tuas Plance litteras. redditae sunt. n. frequenti senatu Cornuto: cum is frigidus sane & inconstantes recitasset litteras Lepidi: sub eas statim recitatae sunt tuae non sine magnis quidem clamoribus. Quum rebus. n. ipsis eēt & studiis beneficiisq; in rempu. gratissima: tumerant grauis simis uerbis ac sententiis plenae. Flagitare senatus instituit Cornutum: ut referret statim de tuis litteris: ille se considerare ait uelle. Quum ei magnum conuiciū fieret a cuncto senatu quinque tribuni plae. retulerunt. Seruilius rogatus rem distulit. Ego eam sententiam dixi: cui sunt assensu ad unum. Ea quae fuerit ex senatusconsulto cognosces. Tu quaquā consilio non eges: uel abundas potius: tamen hoc animo eē debes: ut nihil huc reicias: neue in rebus tam subitis: taq; angustiis a senatu consilium petendum putes. Ipse tibi sis senatus quocunq; te ratio reipu. ducet seqre. Cures ut ate factū aliquod egregium au. diamus q̄ futurum putaremus. Illud tibi pmittito quicquid a te erit factū: id senatum non modo ut fideliter sed etiam ut sapienter factum comprobaturum.

Plancus. M. T. C. S. D.

Nonius Idibus maiis ad forum iulii. M. cum primis copiis uenit. Veditus bidui spacio abest

Nihil haec epistola eiusdem fere est argumenti: cuius illa q̄ incipit. & si resp. causa: ostendit. u. q̄ gratiae fuerint Placi litterae in senatu: quibus declarauerat aiū suū & uoluntatem erga remp. hortat autem ut p. gat: neq; petat cōsiliū a senatu qd sit facturus: quia qe qd fecerit affirmat ap. probatum iri a senatu tanq̄ & fideliter & sapienter gestum. **C**ornuto p. tort. q. ut supra uidimus gerebat uices cōsuluz absentium. **F**rigidas: nō multum graues: uel certe in qbus non declarabatur promptus aiū lepidi. **S**ub eas. s. litteras frigidus lepidi. **C**lamoribus fremtibus ex laetitia plausibus. **S**tudiis q̄ ostēdas uolūtatem tuā p̄mptissimam. **R**eferet p. poneret. **A**d. u. i. oēs ne mine excepto sic Vir. Juppiter oipotēsi nōdū exodus ad unū Troianos. Ex senatusconsulto. q. est p̄scriptū. **R**ecicias huc remittas huc ro. ut nō remittas ad senatū Ro. qn̄ aliqd eris facturus ut ipse deliberet. **A**ngustus parui tēporis. **I**pe tibi sis senatus. i. cape cōsiliū a te ipso loco senatus. **R**ō utilitas. **N**ōmō ut si. & c. i. p̄mitti senatū cōprobatur qe qd feceris nō solū qd feceris fideliter. sed etiaz qd feceris sapienter. **C**ōprobaturum confirmaturum.

Nonius postq̄ An. apud mutinam superatus est celeri cursu ad alpes se p̄ripuit speras fore uentidius ei amicissimus ex Piceno ubi erat cū tribus legionibus ad se ueniret. & Lepidus & Plā. secū cōiungerent sināt pergeret morari circa mutinā sicut qdā eius amici ei cōsulebāt. fore ut contēneret a Lepido & a Planco. Scriptū enim fuerat a Senatu ad Lepi. Plan. & Abnitiū politionem. ut cum Aotnio proximi forent cum illo depugnarent. Lepi. igitur scribit ad Cice. ubi sit Antonius. & ubi sit Lepid? & quemadmodum sperat. se omnia confecturum ad utilitatē reipu. Deinde quia miserat fratrem suum Ro. dicit quare miserit quod si quispiam improbaret id factum dicit se non fratrem suum accusandum. **I**dius malas puto deesse ad ut sit ad idus malas. **P**rimis electus uel quia Ventidius erat postea uenturus ex piceno cum tribus legionibus ut scribit Appianus. **V**entidius is primum fuerat mulio deinde militauerat sub Cæsa. eratque amicissimus. M. Anto. Is fuit qui postea de partibus triū phauit de quo Iuuenā. Ventidius quid

Epistolarum familiarium

enim quid Tullius an ne aliud q̄ Sicut & occultis miranda potētia fati. **C** Spacio bi. i. quātū duobus dieb? possit ad eū accedere. **C** Ad forū. i. apud ut Prima q̄ ad Troiā pearis gesserat argis. Est aut for. Vocōsi: ut hic docet Cicero oppidum trans alpis. **C** Integra sine aliquo impedimento uel ita ut ego deliberaui, ut nihil aliud innouci. **C** Iple Lepi. ut non mutet sniam. **C** Recipio: pmitto. **C** Ex snia ut uolumus. **C** Concurfationibus: itinerationibus cūdo mō huc mō illuc. **C** Cōfectum: debilitatum. **C** Grauiiter se ha. i. uāhemēter & periculosa agro tasse. **C** Ingredi incidere. **C** Sibi pp se. **C** Princeps primus ut primus ante oēs densum palinurus agebat agmē. **C** Iño i. iñstuc. i. Ro. ubi tu es. **C** Cōficere debilitare. **C** Consulū. Hyrci & Pansā. **C** Tali qualis est frater meus q̄ possit esse optimus p̄tor deficientibus consultus. **C** Quod. i. fratrem meum esse misum romā. **C** Mihi prudentiā. i. ascribat iprudentiā meā: nō aut fidelitatē illius erga patriā. **C** Appellā nomē propriū fortasse legati lepidi: uel alleniū et charissimi. **C** Obside idē apud me manente loco obsidis. dicuntur. n. obsides q̄ danē in tutelam fidei. **C** Illius Lepidi. **C** Stratum uoluntatē. **C** Quo gellio. **C** Inter p̄re nūcio. **C** Sum test. q̄ sit amic? resp. **C** Qui bene. m. de rep. id est qui ei bene faciūt. **C** Singulari. maxima p̄cipua. Vid in aiorcum rogatus fuisset q̄ Plancus a Lepido ut ad se ueniret: secūque cōiungeretur: ut. M. Ant. possit occurrere: licet Plācus et dis fideret suspcaretur: que aliquid fraudis subesse: tamen ne, postea sibi imputaret: si Lepidus qui a multis credebatur bene sentire aliquid detrimenti accepisset: dicit se maluisse sequi consiliū sibi periculosum dūmodo reip. probaret fidem suam & aiū q̄ tutū de quo possit ab aliquo accusari: q̄ aut esset periculosus: & tutum declarat. Itaque dicit se conitūctum iri cum lepidō: q̄ sperat fore octo diebus post has litteras scriptas eius se re argumenti est superior illa epistola q̄ incipit his litteris scriptis ubi narrat se re idem consiliū. **C** Leernus & N. quos ad uos misi cum litteris meis & mandatis. **C** Pudēt. i. uerecūdo timētī dedec?. **C** Dū pb. me: dū oñderē me utq; bonū. **C** Obrectationē rephēlionē. Cōtinuis litteris post alteras statim missis. **C** Implorans cū misericordia petēs. **C** Obtestatur adiuuaret. **C** Varietatē hęc est illa res: q̄ & laterēsi & ipsi Planco timorem faciebat: q̄ exercitus lepidi erat ualē & fidelis. **C** Cōmuni & lepidi & meo. **C** Sciebam tam incipit exponere tutū consiliū. **C** Traiceret trāsmitteret exercitū suū huc ex italia. **C** Brutus Deci?. **C** Collega. decto. **C** Sicut mi. fa. i. arbis intētis: & ais arētis ut est mos militū: **C** Assignatum iri. i. assignatū est. n. futuz iñitē passiu. **C** Perīnactā ob. q̄ n̄ uoluissē succurrere. **C** Aut ti. q̄ timuissē

Obsides

ab eo. Lepidus ad forum Voconii castra habet: qui locus a foro iulii quattuor & uiginti milia passus abest: ibiq; me expectare constituit: quemadmodum ipse mihi scripsit. Quod si omnia mihi integra & ipse & fortuna serauerit: recipio uobis celeriter me negocium ex snia cōfecturum. Fratrem meū assiduīs laboribus cōcurfationibusq; grauiiter confectum se habuisse antea tibi scripsi. Sed tamen cum primum postea ingredi cepit non magis sibi quā reip. conualuisse se existimās ad omnia picula princeps esse non recusabat. Sed ego eū nō solū hortatus sum: uerum etiā coegi isto pficisci: q̄ & illa ualitudine magis conficere se q̄ me tueri posset in castris: & q̄ acerbissimo interitu consulū temp. nudatam tali ciue p̄tore in urbanis officiis indigere existimabam. Quod si quis uīm nō pbabit mihi prudentiā in consilio defuisse sciat: non illa erga p̄riam fidelitatem. Lepidus tamē: qd̄ ego desiderabā: fecit ut appellā ad me mitteret. Quo obside fide illius & societate in repu. administranda uterer. Studium in ea re mihi suum. L. Gellius de tribus fratribus Segauiao probauit. quo ego it̄p̄tate nouissime ad Lepidum sum usus amicum eua reip. cognoscere uideor libenterq; ei sum testimonio & eibus ero qui bene merentur. Fac ualeas: meq; mutuo diligas: dignitateq; meam si mereor tuearis: sicut adhuc singulari cū beniuolentiā fecisti.

Plancus. M. T. C. S. D.

Vid in aīo habuerim quū Leernus Neruaq; discesserunt a me & ex lrīs quas ei dedi: & ex ipsis cognoscere potuisti: qui oibus rebus consiliisq; meis interfuerit. accidit mihi q̄ hōi pudenti & cupido satisfaciendū reip. bonisq; oibus accidere solet: ut cōsiliū sequeretur periculosum magis dum me pbarem q̄ tutū: quod h̄re posset obrectationem. Itaq; post discessum legatoꝝ cum binis continuis litteris & Lepidus me ut uenirem rogaret: & Laterensis multo magis etiam prope implorans obtestaretur: nonnullam rem aliam extimescēs q̄ eandē: q̄ mihi quoq; facit timorem uarietatem atq; infidelitatē exercitus eius nō dubitandum putauī quīn succurrerem: meq; cōi piculo offerrem. Sciebā. n. & cautius illud erat cōsiliū: expectare me ad hisaram: dū brutus traiceret exercitum & cum collega consentiente: sicut milites faciunt hostibus obuiam ire. Tamē si quid Lepidus bene sentiens detrimenti ccepisset: hoc omne assignatū iri aut p̄tinaciam mea: aut timori uidebam. Si aut hominem offensum

Periclitari
Periculū

¶ Stant. h. o. hæc est ratio pertinaciæ. ¶ Aut. i. a certamine rationis timoris. ¶ Periclitari experiri. inde periculum experimentum: ut fac periculum in litteris: inde autem dicitur. quia rerum est experimentum sine periculo. ¶ Meliorem. q. ut supra dixit erat correptus. & a rep. alienatus. ¶ Numis. c. nimis astutus ostendens me videre omnia pericula quæ imminebat. ¶ Sollicitorem scilicet q. me est autem sensus nunquam puto fuisse hominem qui maiorem capiat sollicitudinem ubi nihil admittit quam ego facio: uel qui magis sit sollicitus suis contractis id est suis rebus non congregatis: non compositis. Et hic est fortasse melior sensus qua dicere contractis. ¶ Admissis: id est peccatis. ¶ Casum: fortunam: momentum. ¶ Non con. h. f. ¶ An id est nõ potuisset per unam horam se sustinere contra me & exercitum meum qui fuisset uictus. ¶ Mihi. meis cõsiliis quæ aduersus eum præparauit. ¶ Illius. ¶ Antonii. ¶ Percussas: iam terrore concussas: quia fuerunt uictæ apud. Mutinam. ¶ Ventidii mul. ad contemptum dixit: fuerat enim mulio: non autem tunc erat. ¶ Despicio. paruifacio. ¶ Si quid in. c. i. si quid est occultum & latet: tractum a morbis: quia intra cutem latens sunt periculosiores. inde si lud perfr. Ego te intus & in cute noui. ¶ Subest latet. ¶ Quod uulnus. ¶ Nocere ut puta si putrescat. & ut uulgo dicunt chirurgi si infisuletur. ¶ Perditri. h. antoniani. ¶ Accessionem incrementum id est auxissent res suas. ¶ Quas aliquas. Quæ q. r. ne qui bene de rep. sentiunt periculū aduent. & ne hostes nostri angeantur abstractis aliquis copiis a Lepido. ¶ Excitauit commouit. ¶ Ab hisara fluuio quæ supra dixit esse in finibus allobrogum. ¶ Pontem supra eum dixit. Itaq; in flumine hisara quod in finibus est allobrogum ponte uno die facto exercitum adiuu. idus maii traduxi. ¶ Castellis. turribus propugnaculis presidia milites ad custodiam illius pontis. ¶ Trāsitus cēt. pa. ut posset transire nullo impediēte. ¶ Octo diebus. ad octo dies. ¶ Quibus. id est ex quibus scilicet diebus. Copiis. exercitui.

mihī coniunctum cum rep. non subleuassē: aut ipse a certamine belli tam necessariū me remouissē. Itaq; potius periclitari uoluī: si posset mea præsentia & Lepidum tueri: & exercitum facere meliorem: quā nimiscautus uideri. Sollicitiorem certe hominē non suis contractis neminē puto fuisse. Nam quæ res nullam habebat dubitationē si exercitus Lepidi absit: ea nunc magnam affert sollicitudinē: magnūq; habet casum. Mihī. n. si contigisset. ut prior occurrerem An. non me hercule horam constitisset tantum ego & mihī confido: & sic percussas illius copias: Ventidiiq; millionis castra despicio: sed non possum non exhorrescere: siquid intra cutem subest uulneris: quod prius nocere potest: quā periculum sciri: curariq; possit. Sed certe nisi uno loco me tenerem: magnum piculum ipse Lepidus: magnum ea pars exercitus adiret: quæ bene de repu. sentiret. Magnam etiā perditū hostes accessionem sibi fecissent: si quas copias a Lepido abstraxissent: quæ si aduentus meus repræsserit: agam gratias fortunæ constātiæq; meæ: quæ ad hanc experientiam excitauit. Itaq; ad. xii. cal. Iunias ab Hisara castra moui: pontem tamen quem in Hisara feceram: castellis duobus ad capita positis reliqui præsidiaq; ibi firma posui: ut uenienti Bruto exercituiq; eius sine mora trāsitus esset paratus. Ipse ut spero diebus octo: quibus has litteras dabam: cum Lepidi copiis me coniungam. Vale.

M. T. C. Plancus. S. D

Vanquam gratiarum actionem a te non desiderabam: quum te re ipsa atq; animo scirem esse gratissimum: tamen (fatendum est) fuit. n. mihī periucunda. Sic. n. uidi quasi ea quæ oculis cernuntur me a te. amaricidces quid antea? Semper quidem: sed nunquam illustrius. Litterarum tuarum mirabiliter gratæ sunt senatui cum rebus ipsis quæ erant gratissimæ & maximæ fortissimi animi summiq; consilii: tum etiā grauitate sententiarum atq; uerborum. Sed mi Plance incumbet: ut belli extrema perficias. In hoc erit summa & gratia & gloria Cupio omnia reip. causa: sed me hercule in ea cõseruanda iam defatigatus non multo plus faueo patriæ: quam tuæ gloriæ. cuius maximam facultatem tibi dii immortales: ut spero dedere: quam complectere obsecro. Qui enim Antonium oppræsserit: is hoc teterrimam bellum periculosissimū que confecerit.

Vale.

Vanquam gratiarum. Quia plancus egerat gratias Cice. per litteras de us que pro ei? dignitate telegerat. Scribit Cice. quod licet ab eo non expectaret gratiarum actionem quæ sciebat eum re ipsa & animo esse gratæ: tamen sibi fuit iucunda illa actio gratiarum. Deinde dicit quæ gratæ fuerint eius litteræ seuatui postremo hortatur ut incumbat dare finem huic bello. Re effectu sine uerbis. ¶ Animo uoluntate. Quasi tanquam. Quid antea scilicet non uidisti te a me amari. ¶ Semper. q. responsio subaudi uiri me a te amari. ¶ Extrema sine. ¶ In. h. ut extrema perficias. ¶ Defatigatus fessus assidue pro ea laborando. ¶ Non multo pl. sensus est licet omnia cupiam reipubli. causa tamen non multo plus cupio eius causa quæ tui. ut gloriam assequaris. ¶ Cuius scilicet gloriæ. ¶ Quam facultatem. ¶ Complectere accipe. ¶ Confecerit finiuerit.

Epistolarum familiarium

Ta erant binis litteris declarauerat Plancus se coniunctum sibi cum Lepido: idque fore propter utilitatem reip. ut. M. Anto. facilius opprimeretur: quare intellecta uahementer laetatus fuerat senatus: sed postea nuntiatum est Lepidum cum, M. An. coniunctum esse: quae cum diu fuissent incerta: quia uario modo nuntiabantur. Scribit Ci. scriptum fuisse a Bruto collega planci non esse uerum: quod Lepidus esset coniunctus cum, M. An. id. n. sibi a plancio scriptum fuisse: quare Cice. ab eo petit. ut si ita est. suis litteris Po. Ro. & Senatam certiore reddat. Deinde hortatur: ut incumbat finire hoc bellum. **I**stinc: ex gallia ubi tu es. **I**ncerta uaria. Quae uelle: quae optaremus. s. quod tecum contingeretur. **M**odo interdu.

Contra aliter. s. quam uellemus. **C**onstans: firma certa. **A**lterius. s. i. quorum alterum est magna ex parte in fortuna. s. ut non uincaris. **A**lterum. e. p. p. s. te non posse decipi. **A** col. Decio Bruto.

Non recipi. s. in societatem suam uel in prouinciam. **A** scripsisse: annotasse tuis litteris id est te ad eum scripsisse.

Quod. s. antonium non recipi a Lepido. **I**dem quod scripsit Brutus. **M**inus. i. non. **I**nanem laet. superiorum litterarum id est quia superioribus tuis litteris fecisti nos frustra laetari cum scripsisti te coniunctum Lepido cum postea illa mutauerit propositum. **V**erum ex plancio. quod sponte deceptus sit. non perimptudentiam: & quod uoluerit & ipsam Ci. errare. **Q**uis. n. id effuderit: ut interdum non erret: quasi diceret: nemo.

Sic. s. ut uelles me errare credendo tibi. **Q**uis non uiderit. q. d. quilibet. **S**ublata remota. **I**lla culpa errandi. **E**st reprehensibile. bis uul. pro scilicet ut semel deceptus: non credat secundo: nisi uelit haberi imprudens: quia secundo falli uisum est: secundum illud quod uulgo dicitur: semel falli humanum esse: secundo inconsiderati: tertio uel dementissimi uel obstinati. **A**d collegam. **D**ectum Brutum. **I**ta se habet quod Anto. non recipiatur a Lepido. **N**ec tamen erit scilicet liberati. **R**eliquias. quia fuerat iam fusus Anto. apud Mutiniam. **C**onfectorem. sintorem. **Q**uem scilicet confectorem belli. **C**onfido indubitanter eredo. **S**tudia respondet nunc patriculae epistolae Planci. qui scripserat officia Ci. erga se sibi gratissima quod Cice. scripsit se non admirari: uahementer autem laetari. **Q**uae studia mea erga te. **S**i recte istuc erit: si recte egeris res in ista prouincta. ubi tu es.

Minus pro non

Ta erant oia quae istinc efferebantur incerta: ut quid ad te scriberem non occurreret. **M**odo. n. quae uellemus de Lepido: modo contra nuntiabantur. de te tamen constans fama nec decipi posse: nec uinci: quorum alterum fortuna parte hēt quaedam alterum proprium ē prudentiae tuae. **S**ed accepi litteras a collega tuo datas idibus maiis: in quibus erat te scripsisse a Lepido non recipi Antonium. **Q**uod erit certius: si tu ad nos idē scripseris: sed minus audes fortasse propter inanē laeticiam litterarum superiorum: **V**erum ut errare id plance nolueris. **Q**uis. n. id effugerit sic decipi te non potuisse quod non uiderit. **N**unc uero etiam iam erroris causa sublata ē. **C**ulpa. n. illa his ad eundem uulgarī reprehensa prouerbio ē. **S**i tu scripsisti ad collegam ita se res hēt: omni cura liberati sumus: nec tam erimus priusquam ita eēt tu nos feceris certiores. **M**ea quidem ut ad te saepius scripsi haec sententia est. **Q**uid reliquias huius belli opprefferit: eum totius belli confectorem fore: quē te & opto esse: & confido futurum. **S**tudia mea erga te: quibus certe nulla esse maiora potuerunt: tibi tam grata esse quam ego putauī fore: minime miror: uahementerque laetor. **Q**uae quidem tu: si recte istuc erit: maiora & grauiora cognosces. **iiii. cal. Iunias.**

Plancus. S. D. Cicero.

Vderet me inconstantiae mearum litterarum: si haec ex aliena leuitate pederent. **O**ia feci quare Lepido coniuncto ad reip. defendendam minore sollicitudine uestra peditis resistere. **O**mnia ei & petiti recepi & ulro pollicitus sum: scripsi que tibi biduo ante confidere me bono Lepido esse usurum: comunique consilio bellum administraturum. **C**redidi

Inconstitia

Vderet me quia ut supra diximus scripserat Plancus se se sperare habere Lepidum & coniunctum & fidum ad reip. defendendam: cum inuenisset se ab eo deceptum: hac epistola se excusauit: omnemque culpam transiit in leuitatem & perfidiam Lepidi: a quo dicit sibi omnia demonstrata fuisse quibus facile potuisset credere. **N**arrat autem quo deprehendit etus perfidiam: tum ex eius statore. tum ex litteris Laterensis. **D**einde exponit quo animo essent quidam ex militibus Lepidi: uixque se continuisse quin ad eum uenerit. sed uidisse esse summam dementiae obiceret se & exercitum suum tantis periculis: si Lepi. eum An. coniunctus fuisset: pollicetur tamen se defensurum prouinciam quantum poterit: seruaturum que omnia integra donec ad eum transmittatur exercitus quia erat in Italia: quod ut quamprimum fiat: rogat Cice. postremo excusat fratrem suum quod non citius uenerit: quia laborauerat febris: quem ostendit esse paratum ad omnia commoda reip. petitque a Ci. ut eum commedatum habeat: & si poterit substituatur eum in locum. **H**ircii consulis qui petierat in bello Mutinensi. **I**nconstantiae: instabilitatis uarietatis quia cum scripserim primum Lepidum coniunctum esse mecum: postea scribam non ita esse. **P**enderent procederent. **A**liena. s. Lepidi. **Q**uae ob quam rem. **P**raeuentis sceleratis. **R**ecepti promissi cum obligatione. **P**ollicitus sum, obtuli. **B**ono: fido amico reip. **C**omuni

& meo. ¶ Chirographis scriptis manu eius. ¶ Affirmationi attestationi q dicebat eū oīno ita esse factuz. ¶ Reconel
 larem ut redirem in gratiā. ¶ Fidem ha. i. ut crederē lepidō. ¶ Non li. non potui ga statim mutauit prop ostum. ¶ Sum
 ma re. i. statos ipse reip. ¶ Cum hisa. nunc plā. dicit quō mutationē lepidi intellexerit. ga cum iret ad eius auxiliū : sicut
 ab eo rogatus fuerat statim admonitus est ab eius nūcio ne iret. sed eū ad hisarā expectaret. ¶ Q. i. od pe. p litte. ga ipse
 ad me scripserat ut q̄primum ad eū uenirē. ¶ Præsto fuit obtulit se mihi occurrit. ¶ Stator cubicularius. est. n. nomen of
 ficū: dicit aut stator: ut supra plenius dixiū q̄ apud iperatore uel p̄torē assidue stat: q̄les sunt cubicularii. ¶ Se posse. f.
 scribebat. ¶ Per se sine auxilio meo.

Stator

chirographis eius affirmatione præsentis Laterensis: qui tum
 apud me erat: recōciliarem q; me Lepido fidē q; h̄rem orabat
 Non licuit diutius bene de eo sperare. Illud certe caui & caue
 bo ne mea credulitate reip. summa fallatur. Quum isara flu
 mē uno die ponte effecto exercitum traduxissem: p magnitu
 dine rei celeritatē adhibēs: quod petierat p lras ipse: ut matu
 rare uenire præsto mihi fuit stator eius cum lris qbus ne ueni
 rē denunciabat: se posse conficere p se negocium. interea ad
 Hisaram expectarē. Indicabo temerarium meū consiliū tibi.
 Nihilominus ire decreueram existimans eum sociū gloriæ ui
 taf. Putabam posse me nec de laude ieiuni hoīs delibar quicq̄
 & subeē tamē ppinquis locis: ut si durius aliqd eēt succurre
 celeriter possem. Ego non malus hō hoc suspicabar. At late
 rensis uir sanctissimus suo chirographo mittit mihi litteras
 meis q; desperans de se: de exercitu: de Lepidi fide: quarens q;
 se destitutum: in quibus apte denūciat (uideā ne fallar) suā fi
 dem solutam eē. reip. ne desim. exēplar eius chirographi Ti
 tio mihi. Ipsa chirographa omnia ex quibus credidi: & ea qui
 bus credidi: & ea quibus non habēdam fidē putauī Leuo Ci
 spio dabo pferenda: qui omnibus his interfuit rebus. Acces
 sit eo ut milites eius: quum lepidus cōcionaret: improbi p se
 corrupti ēt per eos qui præsumt canidios Rufrenosq; & cæte
 ros quos cum opus erit: scietis: conclamarunt uiri boni pacē
 se uelle: neq; esse cum ullis pugnatos: Duobus iam consu
 libus singularibus occisis: tot ciuibus pro patria amissis: ho
 stibus deniq; omnibus iudicatis: bonisq; publicatis: neq; hoc
 aut uindīcarat Lepidus aut sanarat huc me uenire: & duo
 bus exercitibus coniunctis obīcere exercitum fidelissimum
 maxima auxilia principes galliæ prouinciā cunctā sum
 mæ demētix & temeritatis esse uidi: mihiq; si ita oppræssus
 essem remq; pub. perdidissem: mortuo non modo honorem
 se i misericordiam quoq; defuturam: Itaq; rediturus sum: nec
 tanta munera perditis hominibus dari posse sinam. Exercit
 um locis habebō opportunis: prouinciā tuear etiā si il
 le exercitus deserit: omniaq; integra seruē dabo operā quoad
 exercitus huc submittatis: pari q; felicitate remp. hic uindice

¶ Perficere ne resistere. M. An. & sustine
 re oēm ipetū belli. ¶ Indicabo fatebor.
 ¶ Nihilominus licet scripsisset ne irem.
 ¶ Sociū. g. participē. gloriæ. i. existimans
 q ipse solus uellet hēre gloriā de supato
 M. An. ¶ Deliberare degustare sumere.
 ¶ Ieiuni insatiabilis: ga oia sibi appetit
 sicut ieiunt. ¶ Subesse latēter eē. f. puta
 bā. ¶ Durus aspius. i. si aliqd piculosius
 ei imineret. ¶ Nō malus hō. i. bone intē
 tionis. ¶ Suo chi. ppria manu scriptas.
 ¶ Desperās spē amittēs. Destitutu: dece
 ptū. derelictū a Lepido. ¶ Ne fa. a lepi
 do. ¶ Suā fi. so. eē suā fidez q̄ mihi dede
 rat cū affirmaret de lepidō esse fractā: ga
 nō posset eā p̄stare ga lepidus cum dece
 pisset supra. n. dixit credidi chirographis
 eius affirmatiōi p̄ntis laterēsis. ¶ Leuo.
 c. legato meo: de quo supra in epistola q̄
 incipit. Quid in aīo habuerim. ¶ Præfe
 rēda ad uos. ¶ Cōcionaret orationē ha
 beret p cōcione. ¶ Improbi per se. i. sua
 natura mali corrupti facti mali. ¶ Per
 eos q̄ p̄sumt. i. ab his q̄ eis p̄sumt & decla
 rat q̄ sint. ¶ Caidios & rufrenos pluralē
 posuit p singulari inuidiose. Nā caidius
 & ruffenus: mali uiri tribuni corruerāt
 milites: & eos a rep. aliēauerāt. ¶ Quos
 cæteros Viri boni ironice. ¶ Duobus cō
 sulibus hircio & pansa. ¶ Occisis in bel
 lo Mutipensi. ¶ Amissis mortuis. ¶ Iud
 catis a senatu. Hoc qd̄ dixerant milites
 se nolle pugnare aduersus aliquem pro
 rep. propter causas supradictas. ¶ Vin
 dicarat punierat. ¶ Aut sanarat mitiga
 uerat aliq̄ exhortatione: unde & ipse ut
 detur assentiri uoluntati militum ne pu
 gnent contra Antonium. ¶ Huc p̄ illuc
 f. ad Lepidum. ¶ Duobus Lepidi & An
 tonii. ¶ Obūcere tanq̄ uilē. ¶ Maxima
 au. f. obūcere. i. eos q̄ uenissent in auxiliū
 meū. ¶ Principes gal. qui fauebāt mihi.
 ¶ Ita. f. obūciēdo temere duobus exerci
 tibus cōiunctis. ¶ Opprēssus susus delet?
 cuz exercitu. ¶ Perdidissem. deleuissem.
 ¶ Nō mō honorē mortuo: ga his q̄ p̄o
 rep. mortui fuissent. magnificentissima fu
 nera fiebant q̄ uero eaz p̄didissent nulla
 oīno. ¶ Misericordiā def. i. fore ut nemo
 miseret mei. sed potius dicerēt me meri
 to piisse. Rediturus: & reuersurus: ut nul
 lo: pacto eam ad ipsum lepidū. ¶ Tara
 mu. tantas occasiones. f. ut obūcerem eis

exercitū meū puincā & p̄cipes Gallix: & cæ. q̄ ipsi munera existimarent. ¶ Perditis sceleratis. ¶ Opportunis cōpo
 dis. ¶ Ille exercitus. f. lepidi. ¶ Deserit defecerit rebellauerit. ¶ Integra sine detrimēto i eo statu i quo n̄c sunt. ¶ Quo
 ad quousq; ¶ Submittatis celeriter mittatis. ¶ Exercit? Brutī & Cæsaris. Octauī. ¶ Pariq; felicitate sicut uindica

Quoad

Epistolarum Familiarium

his apud mutinam. Nec depugnare: pollicetur Plancus se paratissimum esse pro repu. ad omnia ad mortem usque nec cuiq̄ cessurum. Traiiciendum transmittendum. Corroborentur confirmarentur: captiant vires nobis quiescentibus. Perturbentur uidentes q̄ non mittantur auxilia. In quo in qua re. s. ut traiiciantur exercitus. In possessione. quia iam habuerat unam uictoriam apud Mutinam. Fratrem me. Plancum. In febriculam sic supra: fratrem meum assiduis laboribus conuersationibusque confectum grauius se habuisse antea tibi scripsi. Istoc. istuc. Concupiscere. mihi optare. Habeo te. i. relinquo iudicio tuo: qui me plurimum amas: ut quantum tu uelis: & quando tu uelis mihi conferatur: sic supra. Concupisco aut mihi nihil contra quod ipse pugno. sed & temporis & rei moderato rem te facile patior esse. Subdas sublituas. Hircu consulis: qui in bello interit.

Nte & in collega: cum Brutus i receperat se in gallia ad Plancum: scripserat Plancus magna esse inter se concordiam ad defendendam patriam: quare dicit Cicero & senatum & totam ciuitatem uahementer delecta esse. Deinde quia rogauerat Plancus Ciceronem: ut si senatus fuisset interrogatus de re agraria assentiretur ipse Cicero his qui honorifice dixissent pro Planco: qui hanc curabat magis propter milites suos quam propter se: ut infra alio loco dicit. respondet Cicero se fuisse paratissimum. sed cum nihil concludetur in Senatu propter tarditatem eorum: qui dicebant sententias: uisum fuisse & sibi & Planco Planci fratri ut facerent id quod non potuit componi arbitrari ipsorum quodam impediente. de quo dicit se putare esse ad eum scriptum a Planco eius fratre. Postremo dicit cum non debere dubitare tantam esse ei charitatem apud omnes bonos: ut non possit omnia obtinere. Collega. D. Bruto. Omnis spes conficiendi belli. Diis approbantibus. diis fauentibus. Concordia uestra: tua & collegae Bruti. De re agraria quaerebat enim Plancus ut in distributione agrorum qui erant uirtum diuidendi inter bonos et ues ipse esset comendandus. Consultus interrogatus ut diximus in primo libro. Ut sicut. Honorificentissimam eum laude & commendatione tua. Eam secutus essem id est eam approbassem. Qui fuisset id est qui fuisset ille qui dixisset sententiam honorificentissimam pro te: & non soluz essem locutus sententiam aliorum. Sed dicit Cice. quare non potuerit dicere sententiam pro Planco. Quae co. que interrogabantur senatu: uel que deliberantur. Fratri tuo. Uti eo. id est id capere. Quod ne. id est quod quidam de quo ad te puto fratrem suum scripserat: impedit ut nos ne fieret: ut uolebamus. Est autem ordo uisum est mihi & Planco fratri uti eo: quod ut ne componeretur arbitratu nostro arbitror te cognouisse ex litteris Planci fratris: qui fuerit impediendo: Impediri enim fuerant a quodam quem non nominat: ne illa res agraria componeretur: ut uolebant ipsi Ci. & Plancus frater. In. S. C. id est in his quae a senatu deliberanda sunt. Charitatem tuam: amorem erga te. Talis scilicet quae declarent mihi Antonium oppressum.

tis: nec depugnare: si occasio tulerit: nec obsideri: si necesse fuerit: nec mori si casus inciderit pro uobis paratior fuit quisq̄. Quare hortor te mi Cicero exercitum huc traiiciendum quam primum cures: & matures priusquam hostes magis corroborentur: nostri perturbentur. In quo si celeritas erit adhibita: resp. in possessione uictoriae deletis sceleratis permanebit. Fac ualeas: meq; diligas. Fratrem meum tibi fortissimum ciuem & ad omnia paratissimum excuses litteris qui ex labore in febriculam incidit assiduam & satis molestam. Quum primu poterit istoc recurrere non dubitabit: ne quo loco resp. desit. Meam dignitatem commendatam habeas rogo. Concupiscere me nihil oportet. Habeo te & amantissimum mei & quod optaui summam auctoritatis. Tu uideris quantum & quando tuum munus apud me uelis esse. Tantum te rogo in hircii locum me subdas: & ad tuum amorem & ad meam obseruantiam. Vale.

M. T. C. Planco pratori designato. S. D.

Nte & in collega omnis spes est diis approbantibus: Concordia uestra quae senatu declarata est litteris uestris mirifice & senatus & cuncta ciuitas delectata est: Quod ad me scripseras de lege agraria: si consultus senatus esset: ut quisq; de te honorificentissimam sententiam dixisset: eam secutus essem: qui certe ego fuisset: sed propter tarditatem sententiarum moramq; rerum quum ea quae consulebantur ad exitum non peruenirent: commodissimum mihi: Plancoq; fratri uisum est: uti eo: quod ne nostro arbitratu componeretur: quis fuerit impediendo: arbitror te ex Planci litteris cognouisse. Sed siue in senatusconsulto: siue in ceteris rebus desideras aliquid: sic tibi persuade tantam esse apud oes bonos tui charitatem: ut nullum genus amplissima dignitatis excogitari possit: quod tibi non paratum sit. Litteras tuas uahementer expecto: et quidem tales quales maxime opto.

Plancus. M. T. C. S. D.

Impediri enim fuerant a quodam quem non nominat: ne illa res agraria componeretur: ut uolebant ipsi Ci. & Plancus frater. In. S. C. id est in his quae a senatu deliberanda sunt. Charitatem tuam: amorem erga te. Talis scilicet quae declarent mihi Antonium oppressum.

Unquam cum Planctus putaret se coniectum esse cum Lepido: fuerat ab eo deceptus: hac epistola primum se excusat, ne uideatur per imprudentiam fuisse deceptus. Deinde scribit quemadmodum & sibi & exercitui suo pro uiderit: postea quod cognouit perfidiam Lepidi: & excusat Laterensem: qui asseruerat de Lepido non malitiose ut deciperet planctum: sed propter nimiam indulgentiam suam erga Lepidum: a quo postea quod uidit se deceptum dicit cum tantum dolorem accepisse: ut uoluerit seipsum interficere: incertumque adhuc sibi esse utrum sit uicturus. Narrat quatum doluerit Lepidus & M. An. quod non potuerint interciperet ipsius Pla. & exponit aliquas causas odii Lepidi erga se. Hortatur postremo Ciceronem: ut det operam Caesarem Octavianum ad se mittere cum exercitu: aut saltem eius exercitum dicit. n. quod si ipsi recte gesserit res Romae ipse bene tuebitur prouinciam. ¶ Accidit male euenit. ¶ Absim a reprehensione temeritatis. i. non reprehendat fuisse temerarius: & imprudenter fecisse. ¶ Lapsum i. celsitasse. ¶ Credulitas facile credere. ¶ Error cum casu quispiam decipitur & aliud pro alio accipitur: culpa uero cum ob negligentiam quispiam peccat. ¶ Irre pit ingreditur. ¶ Cuiusque optimi ut. n. quisque optimus est: ita facillime credit: quoniam alios ex ingenio suo iudicat: & plerumque errat. ¶ Pene hoc uitio non sum deceptus. i. fere non peccaui et per errorem credulitatis. quia nunquam credidi Lepidum bonum. ¶ Norā. s. malum & inconstantem. ¶ Quid. s. est si non fuit credulitatis error: quod ergo est quod te deceptum. ¶ Pudor responderetur sicut supra accidit mihi quod homini pudet & cupido satisfaciendi reip. accidere solet. ¶ Uno. i. ne contingerem me cum Lepido. sicut ille orabat. ¶ Pertinaciter obstinate indurate. ¶ Alere fouere: in longum deducere. ¶ Offensus iratus inimicus. ¶ Mea pars. si pateret ipsum esse solum aduersus An. ¶ Prope. fere. ¶ Consecidi consili cum exercitu. ¶ Eo consilio ea deliberatione. ¶ Accedere ad ipsos uel recipere: retrahere. ¶ Cuius sa. & me & exercitu meo incolumi. ¶ Adunxi. pergit probare se oī prudentia usum esse ne captaretur insidiis a Lepido. ¶ Oppositum a Lepido. ¶ Mora aliqua dilatio: ne tam tacito posset transire. ¶ Ut essent subaudi ad iunxi hoc. uel prouidi ut eent. ¶ Vocontii populi Galliae: super pueros non longe a Druetia fluuio. De quibus Strabo lib. iiii. ¶ Sub manu proverbialiter dixit. i. apud prope. ¶ Pateret esset apertum: & facile sine cuiusque impedimento. ¶ Fideliter sine insidiis cuiusquam. ¶ Captabat. insidiosae quarebat. ¶ Res quod erant coniuncti & quod mouerent castra contra me. ¶ Deum. deorum. ¶ Recipere retraherem in locum tutum. ¶ Nihil si. s. i. ne uideret fugere. timore eorum. ¶ Impedimentorum sarcinatum: dicuntur. n. impedimenta onera militaria. ¶ Interrupti. fregi. disieci. ¶ Colligendum se. intra urbes suas priusquam opprimerentur repentino aduentu hostium. ¶ Fatebor dicam & protestabor: licet deceptus sit a Lepido. ¶ Indulgentia obsequium. ¶ Minus sagacem minus acutum: & diligentem. ¶ Iustus honestus. ¶ In Lepida fuit perfidus contra eum. ¶ Afferre. m. i. i. i. uolenter se manibus propriis interficere. ¶ Conatus est tetrauit. ¶ Interpellatus i. peditus. ¶ De hoc quod sit uicturus. ¶ Parricidae peditores: dicuntur. n. qui parricidae & interfectores patrum & patriae peditores: quia patria patris est uniuscuiusque. ¶ Cum dolore. dolere. n. summo: quod non potuerint me excipere & opprimere.

Unquam me hercule mihi Cicerone me poenitebit maxima pericula pro patria subire: dum si quid acciderit mihi: a reprehensione temeritatis absim Con fiterer imprudentia me lapsam si unquam Lepido ex animo credidissem. Credulitas. n. error est magis quam culpa. Equidem in optimi cuiusque mentem facillime irrepit: Sed ego hoc uitio sum pene deceptus. Lepidum uero pulchre norā. Quid ergo est pudor me qui in bello maxime est periculosus: hunc casum coegit subire. Nam si uno loco essem: uerebar: ne cui obrectatorum uiderer & nimium pertinaciter Lepido offensus: & mea patientia est alere bellum. Itaque copias prope in conspectu Lepidi Antoniique adduxi. Quadragintaque milium passuum spacio relicto consedi eo consilio: ut uel celeriter accederem uel salutaris loco recipere me possem. Adiunxi hac in loco eligendo flumen oppositum: ut haberem in quo mora transitus esset. Vocontii sub manu ut essent: per quorum loca mihi fideliter pateret iter. Lepidus desperato aduentu meo quem non mediocriter captabat: se cum Antonio coniunxit ad. iiii. cal. iunii. eademque die ad me castra mouerunt. xx. milia passuum quum abessent: res mihi nunciata est. Dedi operam deum benignitate ut & celeriter me reciperem & hic discessus nihil fugae simile haberet: non miles ullus non eques non quicquam impedimentorum amitteretur: aut ab illis feruentibus latronibus interciperetur. Itaque pridie nonas iunias omnes copias Hisarā traieci: pontisque quos feceram interrupi: ut spacium & ad se colligendum homines haberent: & ego me interea cum collega coniungerem: quem triduo cum has dabam lras expectabam: Laterensis nostri fide & animum singulare in repub. sp. fatebor. Sed certe nimia eius indulgentia in Lepidum ad hac pericula spicienda fecit eum minus sagacem. Qui quidem quum in fraude se adductum uideret: manus quas iustus in Lepidi parricidae armasset: sibi afferre conatus est. In quo casu tamen interpellatus adhuc uiuit & dicitur uicturus. Sed tamen de hoc mihi parum certum est: & magno cum dolore parricidarum elapsus sum

Error culpa

Pertinaciter Alere

Vocontii

Impedimenta

bes suas priusquam opprimerentur repentino aduentu hostium. ¶ Fatebor dicam & protestabor: licet deceptus sit a Lepido. ¶ Indulgentia obsequium. ¶ Minus sagacem minus acutum: & diligentem. ¶ Iustus honestus. ¶ In Lepida fuit perfidus contra eum. ¶ Afferre. m. i. i. uolenter se manibus propriis interficere. ¶ Conatus est tetrauit. ¶ Interpellatus i. peditus. ¶ De hoc quod sit uicturus. ¶ Parricidae peditores: dicuntur. n. qui parricidae & interfectores patrum & patriae peditores: quia patria patris est uniuscuiusque. ¶ Cum dolore. dolere. n. summo: quod non potuerint me excipere & opprimere.

Epistolarum Familiarium

His eis, s. patriciis. Recentes nouas: exponit autem causas iracundiarum. Castigare: oburgare: reprehendere
 Extingueret: sopiret penitus tolleret. Improbabam accusabam. Colloquia ipsius Lepidi: cum An. secreta contra
 rempublicam. Fide. Le. data eis fide a lepidi. Vestinum ex uestinis populis qui sunt Italiae ultra piceum fuitum
 Amternis: ut scribit Istra. Petterunt me insidias in me intenderunt. nam petitiones proprie gladii orum dicuntur: & pe
 tere est inuidiose aut uolenter aggredi: ut apud Vir. Reginam petit. Cice. pro Qu. Ligano. Quid. n. tubero tuus ille
 descriptus in acie pharsalica gladius agebat: cuius latus ille micro petebat Frustrato: inanis conatus eorum. Neruo
 se forrifer. Subornes: adiuues: inuarias

Petitioes
Petere

Caesar octavianus adolescens.
 Cuius ipsius: uel caesaris: uel exercitus
 eius. sed melius caesaris: quia fuderat An
 tonium apud mutinam. Agitur: im
 pendet. Quicquid. sensus est quicquid
 necessarium fuit sceleratis & perditis co
 tra patriam: omne paratum est: ita ut ni
 hil desit. Nos autem pro defendenda sa
 lute cur non ponamus omnes facultates
 nostras: quas habemus. Perditorum:
 patriciarum. Id. o. id totum. Con
 uenit id est concordauit: congregatum &
 compositum est. Istic. Romae. In
 dies per singulos dies id est dieti. Meri
 ta beneficia. Exacuunt incitant legitur
 tamen & excutiunt: ut sit sensus: tua meri
 ta quotidie magis amouent mihi sollici
 tudines. id est anxietates meas: si autem
 legitur exacuunt intelligemus sollicitudi
 nes id est curas bene administrandae resp.
 & hic sensus est uerior ut declarant sequē
 tia cum dicit quae sint sollicitudines. s. ne
 perdat aliquid de amore: aut de opinio
 ne Ci. erga se. Iudicio tuo. s. de me quia
 scio te bene de me sentire. Praesenti pie.
 id est praesenti animi affectione id est opto
 facere ut cum uideas nunc meam pieta
 tem erga te & erga patriam: iucundum
 tibi sit in me beneficia contulisse.

Indies

Acere. cum egisset Ci. omnia
 diligenter pro dignitate plan
 ci & maxime de re agraria.
 de qua alia epistola mentio
 facta est. Plancus artificioso quodammo
 do se erga Cice. memorem & gratum
 ostendit. Nam dum significat non esse ei
 faciendum actioni gratiarum: agit qui
 dem: & habet maximas gratias: postea
 uero ostendit quam diffidat copis suis:
 in quibus maxima pars sit tyronum: dicit
 quae caesarem octavianum causam esse
 quare. M. An. & lepidus nondum sint op
 praesti: significat enim latenter se intelli
 gere eum consentire cum Ant. dicit autem
 se misisse ad osum Ca. Furnii cum ma
 datis suis. In sin. id est pro singulis.
 Neq; enim ratio quare faciat cum pu
 dore: quia amicitia magna quanta erat
 inter eos non patitur gratiarum actio
 nes: praeterea quia dicit se nolle maxi
 mis beneficiis uerbis satisfacere. Ego.
 qui sum & magno & grato animo. Vili. m. est enim uile munus orationis & uerborum pro beneficiis acceptis: quia
 non sunt reddenda uerba pro rebus. Probare cum laude ostendere. Defungor utor. Et malo sensus est. potius
 uolo cum ero Ro. in praesentia tua tibi contemperando in omnibus quae a me uoles. & honorando te ostendere me
 esse memorem beneficiorum tuorum: quae nunc satisfacere uerbis. Observantia honore reuerentia erga te. Indulgen
 tia obsequio. Quod si sensus est si deus concefferit mihi uitam, praestabo tibi maiorem obseruantiam: indulgentiam

Defun
gor

is. ueniebant. n. eodem furore in me quo in patriam incita
 ti. Iracundias autem harum rerum recentes habebant q; lepi
 dum castigare non destiteram ut extingueret bellum: q; collo
 quia facta improbabam: qui legatos fide lepidi dimissos ad
 me in conspectu uenire uetueram: q; C. Catium Vestinum
 tribunum militarem missum ab Antonio ad me intercepe
 ram. In quo hanc capio uoluptatem: q; certe quo magis me
 petiuerunt: tato maiorem his frustratio dolorem attulit. Tu
 mi Cice. quod adhuc fecisti idem praesta ut uigilanter neruo
 seq; nos qui stamus in acie subornes. Veniat Caesar cum co
 piis quas habet firmissimas: aut si ipsum aliqua res impedit
 exercitus mittatur cum ipsius magnum periculum agitur.
 Quicquid aliquando futurum fuit in castris perditorum co
 tra patriam: hoc omnem iam conuenit. Pro urbis uero salu
 te: cur non omnibus facultatibus: quas habemus utamur.
 Quod si uos istic non defueritis: profecto q; ad me attinet
 omnibus rebus abundere ip. satifaciam. Te quidem mi Ci
 cero indies me hercule habeo cariorem: sollicitudinesq; meas
 quotidie magis tua merita exacuunt: ne quid aut ex amore:
 aut ex iudicio tuo perdam. Opto ut mihi liceat iam praesenti
 pietate meorum officiorum tua beneficia tibi facer iucundiora.
 yiii. idus Iunias Ciuarone ex finibus allobrogum. Vale.

Plancus: consul designatus. S. D. Ciceroni.

Acere non possum quin in singulas res meritaq; tua
 tibi gratias agam: Sed me hercule facio cum pudore
 re. Neq; n. tanta necessitudo quam mihi tecum ee
 uoluisti: desiderare uidetur gratiarum actione: neq; ego libeter
 pro maximis tuis beneficiis tam uili munere defungor ora
 tionis. & malo praesens obseruantia: indulgentia: assidui
 tate memorem me tibi probare: quod si mihi in uita contige
 rit: omnes gratias: amicitias. atque etiam pias propinqui
 tates in tua obseruantia: indulgentia: assiduitate uincam.

& affiduatem, quam omnes grati amici amicis suis aut p̄i propinqui, propinquis suis unquam ostenderint. ¶ Amor ac iudicium: quæ duo dixit superius afferre sibi magnas sollicitudines; ne imminuantur. ¶ Commodis idest quod supra dixit de re agraria. Curabat Plan. ut militibus suis darentur; cum ob remperationem pristinorum laborum: tum ut ro ut magis excitarentur in futurum ad defendendam rempu. ¶ Ornati honorati muneribus agrariis eis datis. ¶ Causa. p. meæ: ut uiderer esse potentior. ¶ Nihil enim parenthetis est: est autem sensus nihil cogito quod non sit uti le respu. ¶ Ita me. scilicet milites meos. ¶ Coniunctiores magis strictos propter maxima præmia accepta. ¶ Nouiss̄ sine idest postremo: hoc est finali causa. ¶ Aduersos amotos. ¶ Ab omni so. quã faciebat assidue. M. Anton. qui sollicita- bat eos esse aspernatures: si a senatu fuisset nunc ornati. eos autem sollicitatos fuisse ab An. supra ostendit his uerbis confirmandus erat exercitus nobis magnis sæpe præmiis sollicitatus: ut a repu. moderata potius quam ab uno infinita speraret. ¶ Præstare: reddere. ostendere. ¶ Tales idest promptos manu pro rep. & fidos. ¶ Adhuc hucusque. ¶ Sustinui mus tutati sumus. ¶ Q. od con. quod sustinuerim omnia integra potius sapienter defendendo: quam periculose cum hoste dimicando. ¶ Scio pro. a uo. scio uobis placere. scio a uobis laudari: licet aliqui ita sint auidi futus uictoriae: qd. nolent me amplius sustinere. sed iam dare finem. ¶ Non enim dicit quare potius hætenus sustinuerit quam extremo prælio expertus sit fortunam: quia si male ei conuenisset: non uidebat rempubli. habere alia subsidia parata quæ possent resistere ipetui antonii & Lepidi: & ideo dicit noluisse se exponere periculo. ¶ Si quid esset offensum: si quid nobis male accidisset. ¶ In. h. exer. nostris quibus ego præsum. ¶ Subsidia: auxilia ad succurrendum. ¶ Expedita: parata. ¶ No- tas: quales sint. ¶ Veterana: ueteranorum militum: licet essent cognita Cice- tamen dicit quas copias habeat. ¶ Ty- ronum: nouitiorum militum. ¶ Luculen- tissima: splendidissima. Nam luculentus a luce dicitur: lutulentus uero a luto. i. coeno. & significat immundum fœdatum. ¶ Bima: duorum annorum. idest quæ duos annos tatum militauit. & exercuit se. ¶ Firmitate: fortitudine. Exiguus: quia ex maxima parte sunt tyrones. Cõtra est illud Virg. Exigui numero sed bello uiuida uirtus. ¶ Nimum: quia cum clade nostra. ¶ Ad. h. r. i. ad has uires quas habemus maxime propter pau- cos ueteranos. ¶ Accessisset adiunctus

Præstare

Adhuc

Luculen- tus
Lutulen- tus

Amor. n. tuus ac iudicium de me utrum mihi plus dignita- tis in perpetuum: an uoleptatis quotidie sit allaturus non facile dixerim. De militum comodis fuit tibi curæ. quos ego non potentia meæ causa (Nihil. n. me non salutariter cogitare scio) ornari uolui a senatu: sed primum q̄ ita meritos iudicabam: deinde q̄ ad omnes casus coniunctiores reip. eẽ uolebam Nouissime ut ab omni omnium sollicitatione auer- fos eos tales nobis præstare possem quales adhuc fuerunt. Nos adhuc hic omnia integra sustinuimus: quid consilium nostrum: & si quanta sit auiditas hominum non sine causa ta- lis uictoriae scio: tamen nobis probari spero. Non. n. siquid in his exercitibus sit offensum magna subsidia respu. habet expedita quibus subito impetu ad latrocinia parricidarum resistat: copias uero nostras notas tibi eẽ arbitror. In castris meis legiones sunt ueteranae tres tyronum uel luculentissima ex omnibus una in castris Bruti: una ueterana legio: altera bi- ma: octo tyronum. Itaq; uniuersus exercitus numero amplif- simus est: firmitate exiguus. Quantum autem in acie tyroni sit committendum: nimium sæpe expertum habemus. Ad hoc robur nostrorum exercituũ siue africanus exercitus qui est ueteranus: siue Cæsaris accessisset: æquo animo summum rep. in discrimẽ deduceremus aliquanto aut propius eẽ: qd. ad Cæsare attinet uidebamus Nihil destiti eum lris hortari: neq; ille intermisit affirmare se sine mora uenire quũ interim auersum illum ab hac cogitatione ad alia cõsilia uideo se cõ- tulisse. Ego tamẽ ad eũ Furniũ nr̄um. Cũ mādatis lrisq; mi- sis: si quid forte proficere posset. Scis tu mi Cicerone: q̄ ad Cæsa- ris amorẽ attinet societatem mihi esse tecum: uel in familia- ritate Cæsaris uiuo illo iam tueri eum & diligere necesse fuit

esset. ¶ Africanus qui fuerat in Africa. ¶ Aliquanto autem. sensus est. Videbamus sub Cæsa. esse nobis propius quam Africanum. ¶ Quod atti. ad Cæsa. scilicet ut nobis succurrat. ¶ Siue Cæsa. f. Octau. Aequo animo non magna cura aut timore. ¶ In discrimẽ in periculum. quia minus dubitarem suscipere prælium aduersus hostes. ¶ Eum scilicet Cæsa. Octau. ¶ Intermisit destitit: cessauit. ¶ Aduersum admotum. ¶ Ab hac co. uentendi ad me. ¶ Ad alia consi. ut ant. consentiret. ¶ Proficere persuadere ei. ¶ Scis remouet Plan. a se susptionem odii erga Octa. ne uideatur hæc ex maliuolentia dicere. Societatem esse mihi te. idest me esse coniunctum tecum ad eum aman- dum. ¶ Cæsaris. f. Iulii. Viuo illo. idest cum uiueret Iulius Cæsar. ¶ Quod idest in quantum. ¶ Loco si. quia Cæsar ado- ptauerat Octavianum in filium iudicio & sententia senatus. ¶ Dolenter magisquam inimice idest magis cum dolore quã cum odio & inimicitis idest ut hæc dicam magis mouet me dolor quem capio pro rep. quam odium aut inimici

Epistolarum Familiarium

tae: quae mihi sint cum Caesare. Quod repetitio est haec autem omnia quae habent hostes: dicit ascribenda esse Octaviano: quia si uoluisset iam fuissent oppræssi. Quod u. quod habet uitam: quia potuisset cum interficere. Est una idest coniunctus cum Antonio. Non con. i. fortissimos. Quod spe. de uictoria & de opprimenda patria. Quod au. quod habent animos & non fugiunt. Id omne Caesa. acceptum re. pos. i. possunt id omne attribuere Caesa. a quo acceperunt idest possunt dicere se accepisse id omne a Caesa. Octa. Neque repetam idest neque recensabo. Superiora: quae antea fecit. Professus pollicitus. Oppræssum extinctum. Aut in aduersissimam: intmi-

cissimam subaudi fugissent uel essent ex pulsi. & rursus sensus. & etiam non possum satis putare quae mente sua: aut quorum consiliis sit adductus: ut efflagitet consulatum tantummodo duorum mensium qui superant ad finendum consulatum Panxæ & Hyrcii: qui petierant in bello Mutinensi: in horum autem loco cum substitui petierat Plan. ut supra uisum est. & ut scribit Appianus petierat etiam Decius Brut. & itidem petierat Caesar adolescens non ad senatum: sed ad Cice. priuatim mittens.

Auocarint: auerterint: amouerint. A tanta: quanta erat comparaturus si perrexisset: ut coeperat. Salutaris: uti sit. Cum summo terrore hominum ut scribit Appianus: percussorum cognati & amici ueriti ne Caesar consul effectus supplicium de illis sumeret: dilationibus in creatione facti uariis de causis ex lege rem pertrahebant. Insulsa: uel quia ad solum Ciceronem scribebat: uel certe quia per ætatem non licebat ei gerere consulatum. quia adhuc erat adolescens.

Expurare

Exputare: diligenter putare: excogitare. Quorum: at qui turmarum eius duces ad senatum uenerunt Caesari consulatum petens & senatu eius ætatem ac cusante: illi qui edocti fuerant: exponunt Coruini tampridem ætate iuniorum rem gessisse consulatum. Dehinc Scipiones primum ac secundum: cum adhuc uterque adolescens esset: multa patriæ adeptos esse. Ad recentiora dein de progressi Pompeium magnam & do lobellam protulere ipsi etiam Caesari per decennium ante tempus concessum esse ut consulatum peteret. Haec Appianus. In hac re: ne præstet in efflagitatione consulatus. Eius: Caesaris.

 spicere quid sit facturus. Multæ & bonæ & firmæ sunt legio
 nes Lepidi & Asinii: neq; hæc iccirco tibi scribo: quod te non
 eadem animaduertere sciam: sed q; mihi persuasit Asinium &
 Lepidum recte facturum nunquam: si forte uobis id de hoc
 dubium est: Plancum quoq; confirmetis oro quem spero pul
 so Antonio reip. non defuturum. Si se alpes Antonius traie
 cerit: constitui præsidium in alpibus collocare: & te de omni
 re facere certiozem. iiii. cal. maias ex castris regijs.

Decius Bru. impe. S. D. M. Ci.

N On mihi temp. plus debere arbitror: q; me tibi. gra
 tior me esse in te posse: q; isti peruersi sunt in me
 exploratum habes. Sin autem hoc temporis ab his
 uideatur dici causa: mallé me tuum iudicium quam ex altera
 parte omnium istorum. Tu enim a certo sensu & uero iudi
 cas de nobis: quod isti ne faciant summa maliuolentia & li
 uore impediuntur. Interpellét me quo minus honoratus sim:
 dum ne interpellent: quo minus resp. a me commode ad mini
 strari possit. Quæ quanto sit in periculo: q; potero breuissime
 exponam. Primum omnium quantam perturbationē rerum ur
 banarum afferat obitus consulū: quantaq; cupiditatē hoibus

pto. **C** Detrimenti. damni. **C** Non præte
 rit te. scis: **C** Inimici Antoniani. **C** Consu
 libus. Hyrtio & Pansa. Sublati interem
 ptis. **C** Conualescere: validiores fieri.
C Confestim: statim. **C** Utrumque: quod
 sequitur. Ine aut. **C** Ventidius elabatur
 id est effugiat. ut Antenor potuit medijs
 elapsus achiuis: erat enim Ventidius An
 tonii amicissimus. **C** Præstaturum: esse
 turum: Ventosissimum: uanissimum mē
 dacissimum. & leuissimum. **C** Reinte
 grare. renouare. **C** Prospicere. providere
 & eum puto coniunctum sibi cum Anto
 nio. **C** Nunquam re. fa. quia uideret in
 clinari ad Antonium. **C** Persuasissimum:
 certissimum. **C** Confirmetis perseueret
 in tæda libertate ut ante cepit. **C** Tra
 tegerit: transferit. **C** Præsidium milites
 qui seruant ipsas alpis. **C** Regis: quæ
 urbs est non proculsa Mutina.

On mihi. M. Antonius ut sæ
 pe supra diximus: postquã su
 peratus est apud Mutinam
 semper quesuit secum Plano. & precipue
 cum Lepido coniungere Itaque eū Ro
 mæ ageretur de dignitate bruti: multæ
 que ei aduersarentur. Primum ostendit
 Brutus se male defensorem suum solum
 Ciceronem q; omnes alios. Deinde osten
 dit in quanto periculo sit respu. exponit
 que quid fecerit Anto. post fugam suam
 ex Mutina: cui dicit potuisse obisti: si
 cæ. Octa. uoluisset ei parere. quæ oia di
 cit: ut a Ci. diligenter exponantur in se
 natu. Postremo dicit ad quam difficulta
 tem pecuniæ sit redactus. **C** Reipub.
 debere mihi: propter assiduam curam
 meam erga eam & propter immortale
 beneficium: quod ei præstitit: cum meo
 periculo eam ex tyranside liberauit.
C Quã me tibi. s. arbitrator debere. **C** Per
 uersi iniqui malo animo. **C** Dici causa. s.
 mea id est uideatur esse agendum de me
 uel. **C** Si id est quãuis. **C** Mea commode
 u. duz uideatur defendi & agi. **C** Ab his
 scilicet peruersis ciuibus. qui non sunt in
 me ualde grati. **C** Omnium istorum scilicet
 iudicium. **C** Tu enim ratio. **C** A cer
 to. s. ex certa & uera sententia & ex cogni
 tione rerum. **C** Q. od. s. iudicare ex cer
 te sensu. **C** Maliuolentia odio in me.
C Liuore inuidia. **C** Interpellent impe
 diat. q. d. nihil quero mea causa sed om
 nia causa reip. **C** Quam potero breuissi
 me. s. quanto breuiori sermone potero.
C Obitus mors. **C** Consulū. Hirtii &

Epistolarum familiarium

Pansa: qui Mutinensi prelio interierunt: Vacuitas: locus consulum uacuus: querebant. n. multi substitut in eorum locum: ut supra uidimus de Planco & Octauio. Quae pos. co. litte. i. possint scribi quia reliqua potius sunt taeeda qua scribenda. Cui. q. d. ansicissimo & fidelissimo. Ex fuga: post mutinense prelium. Paruula ma. exigua multitudi-
Ergastula Ergastula: seruos qui in ergastulis erant. posuit autem locum pro ipsis seruis. Soluendo liberando uinculis & seruitute. Huc: ad supradicta. Trans appenninũ. sm onẽ qui in longum tẽdens Italia in partes duas diuidit: a dextra i ferum. i. tuscum mare spectans: a sinistra uero superum: quod hadriaticũ: uocant: in siculum usque fretum progreditur capit autem initium. ut uoluit Strabo a

Ergastula

Sabbatua uada

genua sicut alpes a sabatis inter genua uero & sabbatios ducenta ac sexaginta stadia intersunt. Ad uada: que Sabbatia Strabone teste nuncupantur qui dam dicunt hodie appellari portum uadum apud Saonam: Quae Sabbatia dicta est. Ad lepidum: qui tenebat Galliam Narbonensem: ut saepe diximus. Decursionibus: subitis & improuisis inuasionibus. Si ca. audisset me: si paruisset mihi ca. Octavianus. Angustias: difficultates. Conficeretur: cõfumeretur. Exercitui suo. s. potest impetrari. Ad me: ad honorem & rem mea. Haec: ordo est. Timeo quemadmodum haec possint explicari. ut debent: & ut sunt uera. Impediuntur peruersis & maliuolis uiris. Alere: uictu sustentare: pascere. Cum accessi dicit quantum detrimentum rerum suarum fecerit: quia cum incepit liberare tempus. habebat supra quadraginta milia sestertiorum: nunc autem dicit Brutus se nihil liberum habere in re familiari sua sed etiam accepisse mutuo omnibus amicis suis pro se si de iussione obligatis. Tantum abest. i. tantum nõ est uerum. Liberis: sine obligatione. Ut obstrinxerim obligauerim. Aere alieno debitis pecunia mutuo accepta sub eorum fideiussione. Septenũ numerũ legio. i. septem legiones. quae continebant supra quadraginta milia militum. Varronis: qui illis temporibus fuerat ditissimus. Exploratum certum quod consilium sit capturus rebus suis.

Odem. cum An. post cladem Mutinensem alpis uersus fugisset. scribit Brutus se dubitare de Lepi. & Plan. ne cum eo coniungantur quia miserat Antonius ad eos nuncios occulte: sicut Bru. se cognouisse dicit ex quibusdam scriptis Antonii. quae ad eius manus peruenerunt. dicit tamen se expectare & ex allobrogibus & ex omni gallia legatos quos sperat remissurus domum confirmatos. Postremo orat Ciceronem: ut eum Romae defendat.

Quo. s. exemplo. Pueri serui. Per soluere: satisfacere. Ex libellis: codicillis litteris. Eius Antonii. Inciderunt in me: casu quodam uenerunt ad manus meas. In quibus libellis. Quos. s. nuncios secretos. Asinium Pollionem. qui perat hispania. ut supra li. x. Non habui ambiguum non posui in dubio sed statim credidi. Misi. s. nomine meo

iniiciat rerum nouitas non te fugit. Satis me multa scripsisse: quae litteris commendari possint arbitror. scio. n. cui scribam. Reuertor nuac ad Antonium: qui ex fuga cum paruulam manum militum haberet inermium ergastula soluendo omneque genus hominum arripiendo: satis magnum numerum uidetur effecisse. huc accessit manus Ventidii quae trans appenninum itinere facto difficillimo ad uada peruenit: atque se ibi cum Antonio coniunxit. Est numerus ueteranorum & armatorum satis frequens. Cum Vetidio consilia antonii haec sint necesse est: aut ad Lepidum ut se conferat si recipitur: aut Appennino alpibusque se teneat: & decursionibus per equites quos habet multos uastet ea loca que incurret: aut rursus se in Hetruriam referat quod ea pars Italiae sine exercitu est. Quod si me Caesar audiisset: atque in Appenninum transisset: in tantas angustias Antonium compulisset: ut inopia potius quam ferro conficeretur. Sed neque Caesari imperari potest. Nec Ca. suo exercitui: quod utrunque pessimum est. Quum haec talia sint: quo minus quo ad me pertinebit: homines interpellent: ut supra scripsi: non impedior. Haec quemadmodum explicari possint: aut a te quum explicabuntur: ne impediantur timeo. alere iam milites non possum. Quum ad rem publicam liberandam accessissem: mihi fuit sestertiorum quatuor milibus amplius. Tantum abest ut mea rei familiaris liberum sit quicquam: ut omnes iam meos amicos aere alieno obstrinxerim. Septenũ numerum legionum alo. qua difficultate tu arbitrare. Non si Varronis thesauros haberem sustinere sumptum possem. Quum primum de Antonio exploratum habuerõ: faciam te certiore. Tu me amabis ita. si hoc idem in te facere senseris. iiii. no. ma. ex castris Derthona.

Decius Bru. Impera. & conf. des. M. C. S. D.

Odem exemplo litterae a te mihi redditae sunt: quo pueri mei attulerunt. Tantum me tibi debere existimo: quantum psoluere difficile est. Scripsi tibi quae hic gereretur. in itinere est Antonius ad Lepidum proficiscitur. ne de Planco quidem spe adhuc abiicit: ut ex libellis suis aduertit: qui in me inciderunt. In quibus quos ad Asinium: quos ad Lepidum quos ad Placum mitteret scribit. Ego tamen non habui ambiguum

nuncium. ¶ Bido intra duos dies. ¶ Ab allobrogibus. populis qui statim occurrunt superatis alpis de quibus li. x. ¶ Et totius gal. s. legatos. ¶ Confirmatos bene persuasos ad defendendam libertatem romanam ne faueant Anto. ¶ Istic Romæ. Administrari geri. ¶ Prospicies prouidebis. ¶ Occurres resistes. ¶ Hoc hac re. ¶ Consolabere. ¶ Gre. ¶ Deterrete remouere ab officio & defensione libertatis. ¶ Contumeliis iniuriis.

Res uno die: cum scripsisset Brutus Ciceroni & Græceius coram retulisset. M. Antonium Ita fugisse ex prælio mutinensi: ut aduersus eum non posset sine periculo pugnari ei. qui credebat eum penitus fractum dicit nunc

& statim Plancum misi: & bido ab allobrogibus & totius galliæ legatos expecto: quos confirmatos domum remittam tu quæ istic opus erit administrari pspicies: ut ex tua uoluntate rei q; pu. commodo fiant. Maluolentia hominum in me si poteris occurreris: si non poteris hoc cōsolabere quod me de statu meo nullis cōtumeliis deterrei possunt. Pridie no. ma. ex castris in finibus Statiellensium.

M. T. C. S. D. Bruto. Imper.

Res uno die a te accepi epistolas: unam breuem: q;

Flacco Volunio dederas: duas pleniores: quarum alteram tabellarius. T. Iulii tulit: alteram ad me misit Lupus. Ex tuis litteris & ex Græceii oratione non modo nō restinctū bellū sed et inflāmatū uidetur. Non dubito autē pro tua singulari prudētia: quin inspicias si aliqd firmitatis nactus sit Antonius: omnia illa tua præclara: i rep. merita ad nihilū esse uentura. Ita. n. Romam erat nunciatum: ita psuax sum omnibus cum paucis iermibus perterritis metu fracto animo fugisse Antonium. Qui si ita se habet: ut quemadmodum audiebam de Græceio: conflagri cū eo sine piculo nō possit: non ille mihi fugisse a Mutina uidetur: sed locum bellige redi mutasse. Itaq; hoies alii fracti sunt: nonnulli et qruntur q; persecuti non satis. Opprimi potuisse si celeritas adhibita esset existimatur. Omnino est hoc populi maximeque nostri in eo potissimum abuti libertate per quem eam consecutus sit: sed tamen prouidendum sit ne qua iusta quærela esse possit. Res sic se habet is bellum confecerit. qui Antonium oppresserit. Hoc quā habeat uim te existimare malo. quā me apertius scribere.

Deci. Bru. Impera. conf. def. D. C. S. D.



Am non ago tibi gratias. Cui. n. re uix referre possum: huic uerbis non patitur res satisfieri. attendere te uolo quæ in manibus sunt. qua enim prudentia es nihil te fugiet: si meas litteras diligenter legeris. Sequi

rationes: dicit quo se receperit. M. Antonius. & quod haberet se facturum aduersus eum. hortatur autem: ut omnes bonam spem habeant de rep. & tamen ut semper sint parati & exercitu & cæteris rebus aduersus eos. qui sub prætextu defendendæ reipu. magnas sibi uires comparant: ut eam opprimant. ¶ Res honestas. ¶ Attendere diligenter considerare. ¶ In manibus in potestate id est quæ fieri possunt. ¶ Nihil te fugiet nihil te latebit: nihil ignorabis. ¶ Quæ id est ea prudentia qua es. ¶ Sequi. incipit se excusare. ¶ Sine iumen. quæ deferrent impedimenta & sarcinas militares dicuntur enim iumenta tantummodo ea animalia: quæ iuuant humeris ferre onera. ut equi muli asini camelis

non uideri sibi cum fugisse. sed potius mutasse locum ad bellum gerendum. Ita que dicit multos queri de Bruto: q; cum statim non persecutus sit anteq; permitteret eum uires recipere. quoniam est opinio hominum quod si usus esset celeritate in persequendo: facile potuisset eum opprimere q; querelam dicit esse ex ingratitudine. sed tamen hortatur eum: ne det alicui iustam de se querelæ causam. Pleures: longiores. ¶ R estinctum sopitus: pentus amotum. ¶ Inflammatum incensum ut augeatur: & bene restinctum & inflammatum dixit. quia ut sapius diximus comparatur bellum incendio. ¶ Natus sit acceperit. ¶ Illa quæ tamen hac fecisti. ¶ Fracto. animo debilitato & sine ulla spe. ¶ De. g. i. a græceio. amabant. n. antiqui frequenter ponere de pro a. ¶ Cōfligi certari pugna. ¶ Locum aptorem sibi qua esset Mutinæ. ¶ Fracti. i. ceciderunt animo. ¶ Queruntur de te & exercitu tuo. ¶ Opprimi. Antonius. ¶ Populi cuiuslibet generaliter: unde est proverbium. Beneficia quæ in populum conferuntur: in nullum conferuntur. ¶ Hoc hic meos. ¶ Nostris rōani. ¶ Abuti liber. esse nimium liberum & ingratum contra rationem in male dicendo & male faciendo ei per quem libertatem consecutus sit: de multis talibus exemplis lege Vale. maxi. in capitulo de ingratis. ¶ Sic pro erit. ¶ Confecerit finierit. ¶ Quam uim ha. q; pondus. sic. n. supra scripsit ad Plan. id probans auctoritate Hora. qui solum Vlyxem euesorem Troiæ appellauit. ¶ Apertius pluribus uerbis.

Am non ago. Quia Cic. in præcedenti epistola familiariter monuerat Brutum: ut daret operam ne iustam qrelæ causam de se daret: quia dixerat quosdam quæstos esse: quod non statim persecutus esset: cum exercitu suo Antonium ex mutinensi conflictu fugientem. sic enim potuisse facile opprimi primum Brutus ostendit se tantum habere Ci. ut actione gratiarum non putet satis factendum cui rei uix satisfieri posset: de inde excusat se quare statim non persecutus sit Antonium adducitque ad excusationem suam multas & iustas & honestas

Epistolarum familiarium

&c. huius generis non etiam quæ trahunt nisi fortasse improprè ponatur: quod rarissimum est. ¶ Non cre. non fiebam. ¶ Hic dies primus quo fugit Antonius & quia occurrebat quare non persecutus es sequenti die: adducit etiam causas. ¶ Ad Panfam. alterum consulem: qui grauius uulneratus fuerat: & Bononiam statim delatus. ¶ In itinere: ut ad eum irem. ¶ Copiolas: paruum exercitum.

Copiola

¶ Extenuatissima: ualde tenuis & imminuta. ¶ Male ac. male tractata. ¶ Maiora itinera: quia plura militaria faciebat ipse fugiens: quam ego persequens ipsum. ¶ Passim uage: nulla seruata uia. ¶ Ergastula. seruos: sicut supradictum est. ¶ Ad u. ad sabbatios: ut supra diximus: ubi sunt uada dicta sabbatia apud Saonam. ¶ Appenninum: quem supra diximus: auctore Strabone incipere a genua. ¶ Alpes uero a sabbatis: in medio sunt sabbatia uada. ¶ Cocio oratio. ¶ Eius: Antonii Peteri: exhortando eos. ¶ Conuenire sibi id est se concordare & habere ut ita dicam intelligentiam cum Lepido. ¶ Naz. suos parenthesis. ¶ Habet: Antonius. ¶ Iter facerent id est irent. ¶ Pollentiam hoc tempore etiam extat oppidum in liguribus loco edito habens a sinistra Tanarum fluium distans circa sexaginta stadia ab Alba ligustica: possetur autem id oppidum & comitatus titulo & dominatus iure a magnifico & generoso uiro & sapientissimo iurisco sulto An. Romagnano: olim ducali sub audite scriba secretario nunc Mediolani ducali senatore grauissimo. cuius singularem æquitatem & sapientiam omnes admirantur: laudantur. errat autem qui dicit pollentiam esse. que hodie corrupto uocabulo Valentia uocatur in ripa padis cum & ambo oppida extant: & multum inter se distent. ¶ Sustinere: retinere. ¶ Contulit scilicet pollentiam.

Pollentia

¶ Eo aduerbium est loci id est illuc scilicet pollentiam. ¶ Hora ante pre. me. ue. l. una hora ante uenit presidium meum. ¶ Pollentia: quam Trebellius dux Antonii cum equitibus suis. ¶ Præsidium id est milites mei quos ad munitendam pollentiam contra Antonium præmiseram. ¶ Sane quam id est ualde. ¶ In hoc quod mei citius aduentarunt pollentiam quam equites Antonii: quos ducebat Trebellius. ¶ Allobroges quos ego confirmaueram. ¶ Satis arroganter & audacter. ¶ Nostro aduentu: quia presentia mea sicut fortiores. ¶ Hisaram. fluius in finibus allobrogum ut lib. decimo dictum est. ¶ Iniungant inferant. ¶ De summa: de statu. ¶ Remittere diminutive id est propter hoc non debetis esse negligentiores. ¶ Conspirationem: coniurationem. sed quoniam conspiratio etiam in bonum dicitur: ideo dixi sceleratissimam. ¶ Confligamus. præliemur. ¶ Simulatione. prætextu. ¶ Periculum discrimen: quia Ventidius coniunctus erat cum An. & de fide Le. dubitabatur.

confestim Antonium his de causis Cicero non poteram sine equitibus: sine iumentis. Hyrtium perisse nesciebam. Casari non credebam priusquam conuenissem & collocutus essem. Hic dies hoc modo abiit. Postero die mane ad Panfam sum accersitus bononiam. Quum in itinere essem: nunciatum est cum mihi mortuum esse. Recurri ad meas copiolas: sic. n. eas uere appellare possum. Sunt extenuatissima: & inopia omnium rerum pessima accepta. biduo me Antonius antecessit itinera multo maiora fugiens: quam ego sequens. Ille. n. ut passim: ego ordinati quacunq; ut ergastula soluit hoies arripuit: constituit nusquam priusquam ad uada uenit. Quem locum uolo tibi esse notum. Iacet inter apenninum & alpes impedissimus ad iter faciendum. Quum abessem ab eo milia passuum triginta & se iam Ventidius coniunxisset: concio eius ad me est allata in qua petere cepit a militibus: ut se trans alpes sequeretur sibi cum. M. Lepido conuenire: succlamatum est & frequenter a militibus uentidianis (nam suos ualde quam paucos) habet. Si bi aut in italia pereundum esse: aut uincendum: etiam orare coeperunt: ut pollentiam iter facerent: quum sustinere eos non posset in posterum diem iter suum contulit. Hac re mihi nunciata: statim quinque cohortes pollentiam præmisi: meumque iter eo contuli: hora ante presidium meum pollentiam uenit: quam Trebellius cum equitibus. sane sum gauisus. In hoc. n. uictoriam puto consistere. In spem uenerantque neque planci quatuor legiones omnibus suis copiis pares arbitrabantur: neque ex italia tam celeriter exercitum traici posse credebant. Quos ipsi ad huc satis arroganter Allobroges equitatusque omnis qui præmissus erat a nobis sustinebant: nostroque aduentu sustineri facilius posse confidimus: tamen si quo etiam casu Hisaram se traiecerint: ne quid detrimenti reipublice iniungant: summa a nobis dabitur opera. nos magnam animum optimamque spe de summa reipublice habere uolumus: quum & nos & exercitus nostros singulari concordia coniunctos ad omnia pro nobis uideatis paratos. Sed tamen nihil de diligentia remittere debetis: dareque operam: ut paratissimi ab exercitu reliquisque rebus pro uestra salute contra sceleratissimam conspirationem hostium confligamus: qui quidem eas copias quas diu simulatione reipublice comparabant: subito ad patriæ periculum conuerterunt.

M. C. Decio Bruto. S. D.

m Irabiliter. Scripserat Cice. ad Brutum quid sentiret de decemviris creandis: uel dignitate concedenda Cæ-
 fari: de qua in processu epistolæ dicam: cūq; rescripisset Brutus ea probari a se quæ Cice. consulisset dicit
 Cice. se ea re plurimum gaudere. ostenditque in quantam sp̄e de Bruto uenerit Popu. Roma. postquam li-
 beratus est obsidione mutinensi. & Antonius cum exercitu suo fufus est: deinde petuerat brutus ad se mit-
 ti duas legiones & pecuniam rescribit Cice. quid iis de rebus fieri possit: deinde ostendit aliquā sp̄e esse certæ uicto-
 riæ si uerum est quod Lepidus non cōiunctus sit cum Antonio, sicut ipse bruto scripserat. Postremo dicit plurimum uir-
 tute bruti confidere: quia sperat se uisum
 cum uirum clarissimum. ¶ De decē
 uiris: uel qui creati fuerant: ut scribit Ap-
 pianus ad punitionem Antonii magistras-
 tus: ea autem figura quædam erat abo-
 litionis eorum: quæ Cæsa. decreuisset.
 nam antonius nulla ex se aut parua quæ-
 dam uerum uniuersa ex commentariis
 Cæsaris ediderat & cætera. uel certe quæ
 ut idem Appianus scribit cum senatus
 per legatos sollicitasset duas legiones:
 quæ ad Cæsarem ab Antonio recesserāt
 edocens ne in uno solo spem ponerent:
 sed senatum qui potestatem immortalē
 solus haberet perius sequerentur: acce-
 derentque ad .D. Brutum: quo loco
 pecunias sibi allatas inuenirent. ¶ Iam
 enim dimidium muneris ad eos attulisse
 se: decem uiros ad distributionem crea-
 uerunt: quos nunc possumus intellige-
 re. nam decemuiros electos ad agros
 diuidendos sicut Cæsa. insituerat: non
 conuenit: cum senatus uellet omnia abo-
 leri quæ Cæsa. fecisset. ¶ Adolescente
 Cæsa. Octauio. ¶ Ornando: uel con-
 sulatu: quem postulabat in locum Hyr-
 cii & panfæ maxime fauore Cice. ad
 quem solum scripserat. ut dicit Appia.
 uel ornando prætura. nam eodem Ap-
 piano auctore cum cæsarem uererentur
 ne se cum Anto. coniungeret. pretorem
 eum denuo in Antonium satis indecēter
 creare decreuerunt. Quid refert. quid in-
 retest: ornatur an non. ¶ Non glorioso
 non iactabundo. ¶ Frigeo: cefio: ocio-
 sus sum: hoc dicit ne uideatur ualde cu-
 rare honorem Cæsa. cum de eo maxime
 laboraret. ¶ Opta. omnes dicunt hic
 aliquid deesse: quod quidem mihi ita
 uidetur. ¶ Meum: ex sententia mea:
 quod autem senatusconsultum esset non
 constat: quia nihil ante dixit. ¶ Dissol-
 lutum: irritum: annihilatum: non habuit locum. ¶ Explorata indubitata. ¶ Eruptio euasio. ¶ Præclara & fortis &
 astuta. ¶ Relaxati: recreati: exhilarati: cum antea essent nimia sollicitudine contracti. ¶ Tanquam si iam: ἀκαλαῖ
 ita habent quidam codices: idest tanq̄ si iam quiete sit nam ἀκαλαῖ quietum significat. alius codex ex uetustissi-
 mo transcriptus habebat tanquam si annihilatæ esse uideantur. qui tamen sensus idem erit. idest quasi non oporteat
 me uæhementioribus contentionsibus uti ut solebam. ¶ Ratio uia modus. Aequæ scilicet ratio habebitur. ¶ Bruto.
 M. qui tunc erat in Sardinia: ut infra patebit. ¶ Quos sustineo: quibus obsisto. ¶ Istuc: istud. ¶ Unquam scilicet fuit.
 ¶ Nam ratio quare nihil fuerit tam præter spem: quam illud bellum esset renouatum: quod credebant esse omnino
 extinctum inrellecta uictoria ipsius Bruti eius die natali: ita ut respubl. per multos annos crederetur esse liberata.
 ¶ Die natali. cum enim omnium romanorum natales dies celebrarentur: tamen eorum maxime qui de repub. benemex-
 riti essent. Iuena. ¶ Quale coronati heluidius. Transeaque bibebant: brutorum & Cassii natalibus. ¶ Retexunt:
 quidam exponunt manifestauerant. sed magis placet retexunt idest remouent & destruunt. sicut infra in epistola Marti.
 An nunc ætate præcipitata commutem ac me ipse retexam. ut eo loco exponimus plenius. ¶ His scilicet litteris tuis.
 ¶ Modo nuper. ¶ Non recipi in societatem ut ferebatur. ¶ Magnum negocium magnus labor. ¶ Cuius negotii.
 ¶ Tuæ partes sunt idest ad te pertinent.

m Irabiliter mi Brute lætor mea consilia: measque
 sententias a te probari de decemuiris: de adornan-
 do adolescente: sed quid refert? mihi crede homi-
 ni non glorioso. plane iam Brute frigeo. Opta ueram enim
 iam id erat meum senatus consultum iam idem dissolutum.
 Tantam spem attulerat explorata tua uictoria. Tua præcla-
 ra Mutina eruptio: fuga Antonii concisoque exercitu: ut om-
 nium animi relaxati sint. meaque illæ uæhementes concio-
 nes tanquam si iam annihilatæ esse uideantur. Sed ut ad rem
 redeam: legionem Martiam & quartam negant qui illas non
 runt ulla conditione ad te posse perducere pecuniæ quam de-
 deras ratio potest haberi: eaq; habebitur. de Bruto accersen-
 do: Cæsareq; ad Italiæ præsidium tenendo ualde tibi assen-
 tior. Sed ut scribis habes obrectatores: quos equidem facil-
 lime sustineo: sed impediunt tamen: ex aphyrica legiones expe-
 ctantur. Sed bellum istuc renouatum mirantur homines: nihil
 tam præter spem unquam. Nam die tuo natali uictoria nuncia-
 ta in multa sæcula uidebamus rempubl. liberatam. Noui ti-
 mores retexunt superiora. Scripsisti autem ad me his quas
 idibus Maiis dedisti modo te accepisse: a planco litteras non
 recipi a Lepido Antonium. Id si ita est: omnia faciliora: sin-
 aliter: magnum negocium: cuius exitum ne extrinsecam: tuæ
 partes sunt. Ego plusquam feci sed facere non possum. Te ta-
 men id quod spero omnium maximam & clarissimum uide-
 re cupio.

Vale.

M. T. C. Decio Bruto. S. D.

lutum: irritum: annihilatum: non habuit locum. ¶ Explorata indubitata. ¶ Eruptio euasio. ¶ Præclara & fortis &
 astuta. ¶ Relaxati: recreati: exhilarati: cum antea essent nimia sollicitudine contracti. ¶ Tanquam si iam: ἀκαλαῖ
 ita habent quidam codices: idest tanq̄ si iam quiete sit nam ἀκαλαῖ quietum significat. alius codex ex uetustissi-
 mo transcriptus habebat tanquam si annihilatæ esse uideantur. qui tamen sensus idem erit. idest quasi non oporteat
 me uæhementioribus contentionsibus uti ut solebam. ¶ Ratio uia modus. Aequæ scilicet ratio habebitur. ¶ Bruto.
 M. qui tunc erat in Sardinia: ut infra patebit. ¶ Quos sustineo: quibus obsisto. ¶ Istuc: istud. ¶ Unquam scilicet fuit.
 ¶ Nam ratio quare nihil fuerit tam præter spem: quam illud bellum esset renouatum: quod credebant esse omnino
 extinctum inrellecta uictoria ipsius Bruti eius die natali: ita ut respubl. per multos annos crederetur esse liberata.
 ¶ Die natali. cum enim omnium romanorum natales dies celebrarentur: tamen eorum maxime qui de repub. benemex-
 riti essent. Iuena. ¶ Quale coronati heluidius. Transeaque bibebant: brutorum & Cassii natalibus. ¶ Retexunt:
 quidam exponunt manifestauerant. sed magis placet retexunt idest remouent & destruunt. sicut infra in epistola Marti.
 An nunc ætate præcipitata commutem ac me ipse retexam. ut eo loco exponimus plenius. ¶ His scilicet litteris tuis.
 ¶ Modo nuper. ¶ Non recipi in societatem ut ferebatur. ¶ Magnum negocium magnus labor. ¶ Cuius negotii.
 ¶ Tuæ partes sunt idest ad te pertinent.

Ratio
 Retexe

M. T. C. Decio Bruto consiliis del. S. D.

Epistolarum familiarium

T si cum non potuisset Brutus ad Cice. scribere. mandarat collega suo Planco ut eum apud Cice. excusaret quod cum fecisset scribit Cice. sibi gratissimam fuisse talem diligentiam deinde quoniam publice scripserant Brutus & Plancus se optime inter se conuenire dicit Cice. senarum uacemementer gaudere ea concordia. Postremo horatur ipsum Brutum ut pergat imitari non alium q̄ seipsum. ¶ Cum col. Planco. ¶ Certa tecum id est entere utin cere te ipsum: & quotidie melius facere. ¶ Magistro bre. i. a quo uolo discere esse breuis sicut tu es. unde inferius appellat eius sermonem laconismos.

Ermagni. Hæc epistola inter omnes commendaticias paucis uerbis uim maximam obtinet.

Cum. n. Ci. plurimuz deberet. **L. Lamia** quid q̄ olim ei fauerat contra Clodium fuerat a Gabinio consule relegatus itqz **L. Lamia** peteret p̄uram: uelletque **Ci.** benefici se memorem ostendere; commēdat diligentissime Bruto absenti hunc **Lamiam** oratqz Brutum ut scribat **Romam** ad **Lupum** familiarissimum suum ut omnes cēturias: in quibus brutus plurimum poterat: congreget ad fauendum **Lamiae** ut p̄uram obtineat cum nihil sit q̄ ei omnino gratius facere possit. ¶ Per magni inter. magui est momenti. ¶ Obseruatet diligēter consideraret. ¶ Tempus: quo esses lætus & uacuus ab omnibus molestiis. ¶ Loco. i. tempore **Ter.** Veni in ipso tempore: q̄ otium rerum est maximum. **Hora.** in epistolis. **Augusto** reddes signata uolumina **Luui.** Si ualidus si lætus erit: si denique poscet. **Ne studio** nostri poscet: odiumqz libellis **Sedulus** in portes. nam plerūque ex importunitate nuncii aut tabellarii odiosior sit qui scribit & minus gratæ litteræ. ¶ Offendunt displicent. ¶ Scite prudēter. ¶ **Uetustas** q̄ magna uim habet in amicitia. nam ut ipse in lælio inquit. **Veterima** quæque ut ea uina q̄ uerustatem ferunt esse debet suauissima. ¶ **Consuetudo** conuersatio. ¶ **Merito** q̄ plus est q̄ beneficium: ut alibi sæpe diximus: & in sequenti epistola apparebit. ¶ **Clodianis** temporibus. i. quibus clodius me oppugnabat: & ex urbe etiam eiecit. ¶ **Princeps** ex primis. ¶ **Propugnaret.** contenderet me defendendo. ¶ **Relegatus** ex patria eiectus. ¶ **Ante** id tempus. **primus. n.** fuit qui relegatus sit usque ad id tempus. ¶ **Meipsum:** pro quo eo id contingit: notandum aut̄ contigit de malo dictū sicut aliis multis locis & contra accidit de bono sæpe notauimus. ¶ **Me. q. d.** nō ipsum **lamia.** ¶ **Splēdore.** nobilitate. nā **lamia** familia uerissima fuit & nobilissima **Hora.** **Heli** uerusto nobilis **ablamo.** ¶ **Sūma** gratia ualde gratus populo. ¶ **Munere** magnificētissimo: quia in ædilitate exhibuit splendidissimos ludos q̄ conciliabat magnum fauorem populi ut alto loco probauimus ex auctoritate **Cice.** in officiis. ¶ **Tenes** habes. ¶ **Inquis** in quibus. ¶ **Regnas** habes maximam potestatem. ¶ **Eas** cēturias. i. ipsos eq̄tes ad cēturata comitia nobis congreget. ¶ **In extre**

T si mihi tuæ litteræ iucundissimæ sunt tamen iucundius fuit: quod in summa occupatione tua **Planco** collega mandasti: ut te mihi per litteras excusaret: quod fecit ille diligenter: mihi autem nihil amabilius officio tuo & diligentia. **Coniunctio** tua cum collega tuo concordiaqz uestra: quæ litteris omnibus declarata ē: senatui potest. ¶ **ro.** gratissima accidit. Quod superest: perge mi Brute: & iam non cum aliis. sed tecum ipse certa. Plura scribere non debeo præsertim ad te: quo magistro breuitatis uti cogito. Litteras tuas uacemementer expecto: & quidē tales quales maxime opto.

Vale.

M. T. C. Decio Bruto. S. D.

Ermagni interest quo tibi hæc tempore epistola tradita sit: utrum quum sollicitudinis aliquid haberes: an quum ab omni molestia uacuus esses. Itaqz ei præcepi quem ad te misi: ut tempus obseruaret epistolæ tibi reddendæ. Nam quemadmodum coram qui ad nos intempesiue adeunt: molesti sæpe sunt: sic epistolæ offendunt non loco redditæ. Si autem ut spero nihil te perturbat: nihil impedit: & ille cui mandauit satis scite & commode tempus ad te capit adeundi confido me quod uelim a te facile impetraturum. **L. Lamia** praturam petit: hoc ego utor uno omnium plurimum. magna uetustas: magna consuetudo intercedit: quodqz plurimum ualeat: nihil mihi eius familiaritate iucundius. **Magno** præterea beneficio eius: magnoqz merito sum obligatus. Nam **Clodianis** temporibus quum equastris ordinis princeps esset: proqz mea salute acerrime propugnaret a **Gabinio** consule relegatus est: quod ante id tempus ciui romano romæ contigit nemini. hoc cum populus romanus neminuit: meipsum non meminisse turpissimum est. Quapropter persuade tibi mi Brute me petere praturam: quanquam enim **Lamia** summo splendore: summa gratia ē usus magnificētissimo munere ædilitio: tamen quasi ea ita non essent eo suscepī totum negocium nunc si me tantū facis quanti certe facis: quando equitum centurias tenes in quibus regnas: mitte ad **Lupum** nostrum: ut is nobis eas cēturias conficiat. Non tenebo te pluribus: ponam in extremo quod sentio. Nihil est Brute quum omnia a te expectem: quod mihi gratius facere possis.

Vale.

M. C. Decio Bruto consuli des. S. D.

Meritum

Relegatus

Contigit
Accidit:
Lamiarū
familia

omne
saxo

mo: in conclusione epistolæ.

Amia. Eodem argumento quo & in præcedenti epistola: commendat Cicero Lamiam. D. Bruto: ut cum ad iuuet in obtinenda prætura: quo nihil sibi gratius fieri posse affirmat. ¶ Perfunctus munere ædilitatis: quæ ut uidimus supra libro decimo ad Furnium: dabatur prætura post ædilitatem. ¶ Is ambitus: multorum qui petunt hanc præturam ambientes hunc & illum. ¶ Sustinenda mihi: tuendam meis humeris suscipiendâ.

¶ Operibus: facultatibus, & auxiliis.

Amia uno omnium familiarissime utor: Magna eius in me nõ dico officia: sed merita ea quæ sunt populo romano notissima. Is magnificentissimo munere ædilitatis perfunctus petit præturam. Omnesq; intel ligunt nec dignitatem ei deesse: nec gratiam: Sed is ambitus extare uidetur ut ego omnia pertimescam: totamq; petitionem Lamia mihi sustinendam putem. In ea re quantum me possis adiuuare facile perspicio: nec uero quãtũ mea causa uelis dubito. Velim igitur mi Brute tibi persuadeas nihil me maiore a te studio petere: nihil te mihi gratius facere posse quã si omnibus tuis operibus: omni studio Lamiam in peti tione iuueris, quod ut facias uahementer rogo. Vale.

M. T. C. Bruto consuli des. S. D.

Quod si ex mandatis quæ Galbæ Volũnioq; ad senatum dedisti: quid timendum: suspicandumq; putas: res: suspicabamur: tamen timidiora mandata uidebantur quã erat dignum tua populiq; romani uictoria. Senatus autem mi Brute fortis est & habet fortes duces. Itaque moleste ferebat se a te quem omnium quicumq; fuissent fortissimum iudicaret: timidum atq; ignauum iudicari. Etenim cum te in cluso spem maximam omnes habuissent in tua uirtute florente Antonio: quis erat huic quicumquam timeret profligato illo te liberato: Nec uero Lepidum timebamus. Quis enim esset qui illum tam furiosum arbitraretur: ut qui in maximo bello pacem uelle se dixisset: is in optatissima pace bellum reip. indiceret. Nec dubito quin tu plus prouideas. Sed tamen tam recenti gratulatione: quã tuo nomine ad omnia deorum templa fecimus renouatio doloris magnam molestiam afferebat. Quare uelim equidem id quod spero: ut plane abiectus & fractus sit Antonius: Sin aliquid uirium forte collegerit sentiet: nec senatui consilium: nec populo romano uirtutẽ deesse: nec reipu. te uiuo: imperatorem. Decimo quarto calendis Iunii. Vale.

Decius Bru. Consu. des. S. D. M. Cicero.

Ad senatum quas litteras mihi uelim prius perlegas: & si qua tibi uidebuntur: commutes. Necesse

¶ T si p Galbã & uoluntũ miferat Brutus ad senatum se timeret: ne Antonius uires reciperet pferim cum timeret ne Lepidus fidẽ mutaret. & cum eo coniungeret. Quamobrem rescribit Ci. molestus fuisse senatui: quod ipse Brutus nũc pfligato. M. Antonio se timidum ondat: cũ existimaret fortissimus & in eo maxima spes esset: cum obsideretur adhuc florente & integro Antonio ex quo arguit nõ decere eum timere pro cuius uictoria tantæ gratulationes factæ sint: dicit autem nõ deesse animum senatui: nec defuturum contra Antonium si forte uires recepit. ¶ Timendum: de Lepido quẽ nunq; recte facturũ putas. ¶ Suspicandum: uel de eodẽ Lepido: uel de Octa uio: quia postq; Brutus de obsidione Murinensi liberat? missis caduceatoribus ad Cæsa. per quos rogabat. ut quoniam flumen in medio esset ad colloquium accedere una uellet: ille consulibus e medio sublati Brutum uelut hostem metuens respondit: non Brutum salutaturus huc accessi: sed Antonium oppugnaturus: cũ quo conciliari non impium mihi fuerit: ob hæc igitur uerba eum suspectum habuit Decius. ¶ Fortis: intrepidus. ¶ In cluso: obfesso. ¶ Profligato fuso. ¶ Nec uero: nũc respondet ad suspicionem de Lepido. ¶ Furiosum: insanum. mēte captũ. ¶ Pacem uelle. quia ut lib. x. uisus est epistola quæ incipit. Quod mihi p summa uoluerat Lepidus conciliare pacẽ inter populo. & Antonium: idem etiam ostendit epistola ultima eiusdem libri. ¶ Optatissima: quæ uehemẽter optauit. ¶ Ad omnia deorum templa. quia ut scribit Appianus supplicationes quinquaginta dierum anuersarias senatus habendas cõsueuit ob res in Antonium gestas. quod nec unq; bello cæltico nec aliis plũs decreuere romani pterea uota publice suscepta sunt. si Antonium Decius opprimeret. ¶ Renouatio quæ feceras p mandata ad senatum missa. sed p Galbam & Volũniũ. ¶ Velim cupio. ¶ Cõsiliũ prudentiã. ¶ Virtutẽ animosita tem & fortitudinem. ¶ Te uero donec uixeris. nã Deo oẽm cõsiliũ exercitum concesserunt romani. eumq; solum imperatorem in An. decreuere.

¶ Ad senatum. cũ scripisset Decius ad senatũ de opinioẽ quã haberet de bello cõficiendo. & de suspi tione sua de Cæsare & Lepido. & ut mitterent ad se duæ legiões. misit prius eas litteras ad Cicronẽ rogatq; ipm ut

Epistolarum familiarium

commutet quicquid uidebitur priusquam recitentur in senatu. ¶ Priusquam recitentur in senatu. ¶ Neccessaria: ex neccessitate. ¶ Vobis assentientibus: uobis approbantibus scilicet ut illae duae legiones essent. ¶ De reliquis: si minus habuissent reliqua: ut uellem. ¶ Minus laborandum: minus curandum. ¶ Egentissimis: omni facultate militari carentibus. ¶ Vicem: periculum: ut Virgilius in quarto. Nec tela: nec ulla uisasse uices Danaum: significat etiam incommodum & poenam. ut Horatius primo carminum. Vices que superba te mancant ipsum. ¶ Observant: habent in magno honore. ¶ Quam aliquam. ¶ Iniuriam iniustitiam. ¶ Vernarum seruorum. ¶ Optimam iustissimam. ¶ Genus aduer. adducit

Vicem

Vercellae

in omnium eorum aduersarios dicens seditiones esse: item in contemptum cum dicit eos esse inertissimos. i. sine ulla industria & uirtute. ¶ Vercellis: nomen oppidi: q. Stria. non longe esse a Placentia ostendit. li. v. his uerbis. Superioribus uero annis opera dabatur: cum uercellae auri fodinam haberent. & in ictu multorum uico & alio huic uicino uterq; uero placetia finitimus est: sunt & uercellae supra nouariam circa decem milia passuum: alia ut puto urbs ab hac.

Vod pro me. Labeo Segulius quidam homo nequa & discordius gaudens finxerat Caesarem Octavianum domi suae dixisse Caes. dixisse Caes. ornandum tollendum: quod quidem uerbum cum Caesar accepisset in aliam partem ac dictum esset: molestissimi me tulit. praeterea ueteranos male loqui de Cice. quia prohibuisset Caes. & Decius in decemuiris eorum electi fuerat ad pecuniam distribuendam militibus. Itaque Decius his de rebus Cic. certiorē facit: mox neq; ut uitet pericula: factaq; de decemuiris: qd ueterani uelint: deinde ut assentiat de agris ueteranis dandis ab ipso Decio & a Caes. & de legionibus quibus agri erant assignandi. Postremo dicit qd agat & quid acturus sit: petitq; ut si qd sit secretius eum certiorē faciat. Amor cogit: sic Cicero in Lello de amicitia: quam multa enim quae nostra causa nunquam faceremus: fecimus causa amicitiae. ¶ Neque contemptum: neque paruit factum. quia res erat magni ponderis homo sui simillimus: quia a prauo ingenio suo non discedit. ¶ Apud Caesarem domi caesaris. ¶ Multum sermonem: multa uerba. ¶ Dictum. s. a Caesare. ¶ Ornandum: honorandum. ¶ Tollendum: hoc uerbum dixerat Cice. pro extollendum. sed cum sit ambiguum acceperat Caesar in malam partem tollendum id est interficiendum. Sic illud de Nerone. Quis neget aeneae magna de stirpe Nerone. Sustulit hic matrem: sustulit ille patrem. ¶ Commisurum permissurum daturum copiam facultatem. ¶ Non perlatum scilicet credo. ¶ Pessime loqui. s. de te. ¶ Instare imminere. ¶ Habitu. ele

fario me scripsisse ipse animaduertes. Nam quum putare quartam & martia legiones mecum futuras: ut Druso pauloque placuerat uobis assentientibus: minus de rebus reliquis laborandum existimaui. Nunc uero quum cum tyronibus egentissimis ualde & meam & uestram uicem timeam necesse est. Vicentini me: & M. Brutum praecipue obseruant: his nequaquam patiari iniuriam fieri in senatu uernarum causa a te peto. Causam habet optimam: officium in re publica. summum: genus hominum a uersariorum seditiosum & inertissimum. xii. calen. Iunii. Vercellis. Vale.

Decius Brutus. M. Cicero. S. D.

Vod pro me non facio: id pro te facere meus in te amor tuaque officia cogunt ut timeam. Sape enim mihi quum eēt dictum: neq; a me contemptum: nouissime Labeo Segulius homo sui simillimus narrat mihi apud Caesarem se fuisse: multumq; sermonem de te habitum eē: ipsum Caesarem nihil sane de te quaesitum: nisi dictum: quod diceret te dixisse laudandum a adolescente: ornandum tollendum. se non eē commissurum ut tolli possit. Hoc eo Labeonem credo illi rettulisse: aut finxisse dictum non ab adolescente platum. Veteranos uero pessime loqui uolebat labeo me credere: & tibi ab iis instare periculum: maximeq; indignari quod in decemuiris neq; Caes. neq; ego habitum eēmus. atq; omnia ad nostrum arbitrium essent collata. Haec cum audissem: & iam in itinere essem: committendum non dum putauī prius ut a pes transgredere quā quid istuc ageretur: scirem. Nam de tuo periculo crede mihi iactatione uerborum: & denunciatione periculi sperare eos te pertimescens: adolescente impulsio posse magna consequi premia: & totam istam cantilenam ex hoc pendere. ut quā plurimum lucri faciant: Neq; tamen non te cautum esse uolo & insidias uitam nihil. n. tua uita potest mihi esse iucundius: neq; clarius. Illud uide ne timendo magis timere cogare. Et quibus rebus potest occurrī: ueteranis occurras. Primum quod desiderant de decemuiris facias. Dein

nec Caesarem undecimum addidere. ¶ Ad uestrum arbitrium uitos uelletis nobis exclusis. ¶ In itinere. ut trem in galliam transalpinam. ¶ Eos ueteranos. ¶ Iactatione uer. i. iactando. & spargendo uerba quibus te perterere faciant. ¶ Et denun. peri. minando tibi malum & mortem. ¶ Impulso incitato propter uerba tua in eum dicta. ¶ Cantilenam sermonem. fabulā quā de te fingunt. ¶ Pendere ex hoc inde prouenire. ¶ Tū licet causa lucri sui hoc faciant. ¶ Cogere timere dando. s. causam timoris. ¶ Occurrit prouideri. ¶ De decemuiris ut ego

de de præmiis. Si tibi uideatur agros militum eorum: qui cū Antonio ueterani fuerunt: his dandos censeas: Ab utrisq; nobis de nummis lente hac ratione habita pecuniæ senatum de ea re constitaturum. quattuor legionibus his quibus agros dandos censuistis: uideo facilitatem fore ex agris syllanis: & ex agro campano. Aequaliter aut sorte agros legionibus assignari puto oportere. Hac me tibi scribere non prudentia hortatur: sed amor in te: & cupiditas oculi quod sine te consistere non potest. Ego nisi ualde necesse fuerit: ex Italia non excedam: legiones armo: paro. Spero me non pessimimum exercitum habiturum ad omnes casus & impetus hominum. De exercitu quem Panfa habuit: legionem mihi Cæsar non remittit. Ad has litteras statim mihi rescribere tuorumq; mihi aliquem mittes: si quid reconditum magis erit: meq; scire opus esse putaris. y.ii. calendas Iunias Iporedia. Vale.

M. T. C. Decio Bruto. S. D.

Id isti Segulio malefaciāt hominī nequissimo omnium qui sunt qui fuerunt: qui futuri sunt. Quid tu illum tecum solū: aut cum Cæsare qui neminem prætermisit: qui cum loqui potuerit cui non eadem ista dixerit. Te tamen mi Brute sic amo ut debeo: quod istud quid eēt nugarū: me scire uoluisti. Signum enim magnum amoris disti: Nam quod idem Segulius ueteranos quærit: q; tu & Cæsar in decemuiris non essetis: utinam ne ego quidem essem. Quid enim molestius: Sed tamē quum ego sensissem de his qui exercitus haberent sniam fieri oportere: idem illi qui solent: reclamationum. Itaq; excepti etiam estis me uahemeter repugnante: Quo circa Segulium negligamus: qui res nouas quærit: non q; ueterem comederit: nullam enim habuit: sed hanc ipsam recentē nouam deuorauit. Quod autem scribis te quod pro te ipso non facias: id pro me ut de me timeas aliquid: omni te uir optime mihiq; carissime Brute de me metu libero. Ego. n. quæ prouideri poterunt non fallar. in his quæ cautionem non habebunt: de his non ita ualde laboro. Sim n. impudens si plus postule quā hoī a rerum natura tribui potest. Quod mihi præcipis: ut caueam: ne timēdo magis time re cogar: & sapienter & amicissime præcipis: sed uelim tibi persuadeas: quum te constet excellere hoc genere uirtutis: ut nūquam extimescas: nūquam perturbare: me huic tuæ uirtuti proxime accedere. Quamobrē neq; metuum quicquam: sed cauebo omnia Sed uide ne tua iam mi Brute culpa futura sit ego si quicquam timeam. Tu is. n. opibus & consulatu tuo est

Epist. Tul.

& Cæsar in eis simus. De præmiis. q; eis promissa sunt. ut reddantur. His nostris ueteranis. Ab utrisque nobis a me & a Cæsare. Lente. s. agas. Ac senatum constitutum. s. dicas. Censuistis iudicatis decreuistis. Facultatem commeditatem. Ex agris syllanis quos olim sylla suis militibus distribuerat. Ex agro campano. quem Cæsar etiam uiuens militibus suis distribuendum cura uerat. ut scribit Appianus. Equaliter. ut tantum detur uni q; ali. Aut sorte per iactum sortium. ut nemo possit quæri factam sibi fraudem aut iniusticiam. quæ uel per æqualem diuisionem. uel per sortem fieri non potest. inde Virg. Iustam reginam describens primo æneidos. dixit. Operumq; laborem partibus æquabat iustus. aut sorte trahebat. Prudentia. quia plus uideam q; tu. Valde necesse. maxima necessitas coegerit. Non pessimimum liptore. i. optimum. Reconditum secretum.

Id isti. respondet C. superiori epistolæ Decii. ostendens segulium non solum locutum cum Cæsare. id quod scripserat bru. epistola sua. sed etiam cum omnibus quibus cum locutus est. quæ tamen uana & falsa esse ostendit. cum appellat nugas deinde respondet segillatim ad reliqua. & præcipue quia scripserat ut caueret ne timendo magis timeret. dicit se imitari ipsum Decium in hac re. quia nunquam fuit timidus. se tamen uiaturum pericula assentiturque ei de legionibus. & agris. quod scripserat. Diu legitur & dei. e. autem execratio & imprecatio. Tecum subaudi locutum putas. Illud nugarum. istas nugas & ineprias siue uanitates. Ne ego essem. s. in decemuiris. nam Cic. in eis erat. De his erat id est ab iis. i. euz iudicasset uos qui habetis exercitus oporteret dicere sententiam uestram. sicut & reliquos decemuiros. quidam reclamationum contra meam sententiam. Qui solent notat aliquos inuidos Decii. Excepti excludi si scilicet ex decemuiris. Me repu. ne excipetez ni. Res nouas. alludit ad uocabuli equiuocationem. nam res multa significat inter alia negociuz & patrimonium ergo res nouas. id est noua negocia nouas inuentiones. Non quod. u. s. rem id est patrimonium & substantiam. Nullam rem. significat maiores eius fuisse pauperrimos. Deuorauit idicat fuisse gulosum. Libero me. de me id est noli propter me aliquid timere. Cautionem prouisionem. ut possint cauere. Arerum natura. i. quæ neminem fa

Res

AA

cere potest plus i prudente: ergo est ipudens
 tia mea si uelle est plus i sapiens. **C**ostet
 fortitudinis. **C**Nunquam potestur. quod officium est
 dum post te. **L**iguriter assumerent gulose
 uiuendo. **R**ecoditum quod non facile pro pallet
 & in lucem ueniat. **Q**uod id est ut.

Vm Appio: commendat Ci. diligen
 tissime. De. bru. Appium quedam
 quo cum maximam sibi & iustissi
 mam necessitudinem esse dicit. Rogat aut
 Decium ut eum contra aduersarios: quod cum uae
 hementer oppugnabant: & urbes efficere
 studebant: tueat: & in urbe retineat: cum facil
 itate id facere possit: quem eo beneficio di
 gnus esse ostendit. **M**eis mutuis: in eum uicissim
 collatis. **C**onstitutum: confirmatum. **V**olo:
 sensus: uolo quod homines ita existiment te clare
 mentissimum sicut existimauerunt fortissimum
 quod assequeris si hunc defendes. **P**atris. si
 fut. **M**inus uera minus bona & iusta de
 buerat. n. quantum committimus aliquid mali ad
 misisse. **P**robabile proximam ut ro. uert
 similem: quod patrono cuique conceditur.
Mitius potes alius codex satis emenda
 tus habebat nutus tuus potest: quod ma
 gis placet: ut sit sensus solo nutu tuo pot
 tes hominem incolumem in patria retinere.

Os hic: hortatur Decius Cice. ut
 n. bono sit animo: & nihil de repu
 timeat: dicit autem Lepidum be
 ne de se sentire: de quo antea suspicatus
 fuerat ut supra saepe uisum est: iustam aut
 causam nullius timoris esse ostendit: cum
 habeat tris exercitus ita fortes: praeterea
 qui supra scripserat dicit homines loqui
 & divulgare: ut terreant ipsum Cic. Hor
 tatur autem ut in eos sit fortis. **C**ommo
 de bene. **L**ibere sine cuiusque respectu.
Si omnia essent aliena. i. si alia nobis
 deessent: uel essent contraria. **T**ribus
 mei Caesaris & Planci. **V**alentibus for
 tibus. **A**ugere habere maiorem quam
 unquam habueris. **Q**uae scripsi. scilicet tuis
 se dicta a Segulio. **S**i frenum momor
 deris id est si eos contempseris translatio
 sumpta ab equo: qui cum fessorem: uel
 equitem contemnit. frenum mordet.
Peream iurantis est. **Q**uotquot sunt
 id est si etiam essent infiniti. **C**onantem
 uolentem tentantem.

Atro: mordet Cic. superiori epistolarum
 n. breuiter: ut dicit imitatione ipsius
 Decii: dicit et omnem timorem si
 modo esset timidus potuisse sibi penitus
 amoueri illa eius epistola. **N**atro quasi
 dicat fateor tibi: legitur tamen in aliis co
 dicibus parum tibi subiraescebar. **B**reu
 uitati quod minus breuiter scriberes. **L**o
 quax nimium uerbosus. **I**mitabor te:
 breuibus scribam: sicut soles. **Q**uam mul
 ta. i. dicam uel scribam. **P**aucis uerbis.

si timidi essemus: tamen omnem timorem abiceremus: pra
 sertim quum persuasum omnibus esset: mihique maxime: nos
 a te unice diligere. Consiliis tuis que scribis de quatuor legioni
 bus: deque agris assignandis ab utrisque nostrum uahementer
 assentior. Itaque quum quidem de collegis nostris agrariam cu
 rationem liguriter disturbauimus: totamque nobis integram
 reseruauimus. Siquid erit occultius: & ut scribis: recoditum meo
 rum quem mittam: quo fidelius ad te litterae perferantur. Pri
 die nonas Iunias.

Vale.

M. T. C. Decio. Bruto. S. D.

Vm Appio Clau. C. F. summa mihi necessitu
 do est multis eius officiis & meis mutuis consti
 ta. Peto a te maiorem in modum uel humanitatis
 tuae uel mea causa: ut eum auctoritate tua: quae plurimum ua
 let: conseruatum uelis. Volo te quum fortissimus uir sis con
 gnitus etiam clamentissimum existimari. Magno tibi erit or
 namento nobilissimum adolescentem beneficio tuo esse sal
 uum: cuius quidem causa hoc melior debet esse: quod pietate
 adductus propter patris resitutionem in eum Antonio con
 iunxit. Quare & si minus ueram causam habebis: tamen uel
 probabilem aliquid poteris inducere. Nutus tuus poterit hominem
 summo loco natum summo ingenio summa uirtute officio
 sissimum praeterea & gratissimum incolumem in ciuitate re
 tineri. Quod ut facias ita a te peto: ut maiore studio magis ue
 ex animo petere non possim.

Decius Bru. S. D. M. T. C.

Os hic ualeamus recte: & quo melius ualeamus: ope
 ram dabimus. Lepidus commode de nobis sentire
 uidetur: omni timore deposito debemus liberis reip.
 consulere. Quod si omnia essent aliena: tamen tribus tantis
 exercitibus propriis reip. ualentibus magnum animum ha
 bere debebas: quem & semper habuisti: & nunc fortuna adiu
 uante augere potes. Quae tibi superioribus litteris mea max
 nu scripsi: terrendi tui causa homines loquuntur. Si frenum
 momorderis peream si te omnes quotquot sunt conantem lo
 qui ferre poterunt. Ego tibi ut ante scripsi: dum mihi a te lit
 terae ueniant in Italia morabor. Septimo cal. iunias. Ipore
 dia.

Vale.

M. Cicero Decio Bruto. S. D.

Arum tibi antea subiraescebar breuitati tuarum
 litterarum: nunc mihi loquax esse uideor. Te igitur
 imitabor. quam multa. quam paucis. Te recte
h **Y**emem credo adhuc prohibuisse: quo minus de te certum heremus quid ageres: maximeque ubi ees loquabantur omnes: tamē credo que uolebant in Syria te esse: herere copias. Id autem eo facilius credebatur. quia simile uidebatur. Brutus quidē nō egregiam laudem est consecutus. Res enim tantas gessit: tamque inopinatas: hæc cum perse gratæ essent: tum ornatiores propter celeritatem. Quod si tu ea tenes: quæ putamus: magnis subsidiis fulcra resp. e. A prima enim ora Græciæ usque ad ægyptum optimorum ciuium imperiis muniti er. mus & copiis. Quamquam nisi me falleret: res sic se habebat: ut totius belli omne discrimē in Decio Bruto positum uideretur. Qui si (ut sperabamus) erupisset Mutinam: nihil belli reliquæ fore uidebatur. Paruis oīno iā copiis obsidebaturque magno præsidio Bononiæ tenebat Antonius. Erat autem Claternæ noster Hyrtius: ad forum Corneliū Caesar: uterque cum firmo exercitu. Magnasque romæ pensas copias ex delectu Italiæ comparat. Hyrtius adhuc re gerit prohibuerat. Hyrtius nihil nisi considerate: ut mihi crebris litteris significat acturus uidebatur: propter Bononiæ regionem Lepidi: Parmam: totam Galliam tenebamus studiosissimam resp. Tuos: et clietes transpadanos mirifice coniunctos cum causa habebamus. Erat firmissimus senatus exceptis consularibus: ex quibus unus. **L.** Caesar firmus est & rectus. Seruii Sulpitii morte magnum præsidium amissimus. Reliqui partim inertes: partim improbi: nonnulli inuidet eorum laudi quos in rep. probari uident. Populi uero romani totiusque Italiæ mira cōsentio est. Hæc erant fere quæ tibi nota esse uelle. Nunc autem opto ut ab istis orientis partibus uirtutis tuæ lumen eluceat.

M. T. C. Cassio. S. D.

Fultus

Forum cornelit Regium lepidi

q Vi. Comendat Cice. Cassio. C. T. Idum Strabonem ad eum proficiscentem: ut eum eo esset. Dicit autem post se ex eo intelligere presentium rerum statum: affirmat deinde magnam spem & perfugium esse omnium bonorum in eo & M. bruto. nam D. brutum scribit eum laborare extremo obsidionis periculo: qui si fuerit oppressus confugient omnes ad bru. & Cassium. C. Strabone: cognomen est. C. Cupidissimo: amantissimo. C. Domo: familia sua: est autem magnum argumentum benivolentiae relinquere domum & res suas propter aliquem. C. Potissimum praecipue cum ad alios proficisci posset. C. Adventus: quia uenit ad te. C. Quod nolim: quod deus auertat. C. Si quid eue. est apologetis: tacere enim uerbum q. d. actum erit de nobis. C. Sustinebat: quia extrema fama laborat. C. Quod omen: quod augurium malum. C. Proinde de. igitur. C. Vniuersam: totam si oppressus fuerit decius.

q Vi status rerum fuerit: tum quum has litteras de discire poteris ex B. T. Idio strabone uiro bono: & optime de rep. sentiente. Nam quid dicam cupi ssimo tui: qui domo & fortunis relictis ad te potissimum profectus est: Itaq; eum tibi ne comendo quidem. aduentus ipsius ad te satis eum comendauit. Tu uelim sic existimes: tibi que persuadeas omne perfugium bonorum in te & in Bruto esse positum: si (quod nolim) aduersi quid euenerit. Res quae haec scribebam erat in extremum deducta discrimen. Brutus enim Mutinae uix iam sustinebat: qui si conseruatus erit: uicinus. Sin (quod dii omne auertant) opprassus ibi erit: omnis hominum cursus est ad uos. Proinde fac tantum animum habes: tantumq; apparatus: quantum opus est ad uniuersam remp. recuperandam.

Vale.

M. T. C. Cassio. S. D.

q Vanto studio dignitatem tuam & in senatu & ad populum defenderim: ex tuis te malo q̄ ex me cognoscere. Quae mea sententia in senatu facile ualuisse nisi pansa uehementer obstitisset. Ea sententia dicta: productus sum in concionem a tribuno ple. M. feruilio. Dixi de te quae potui tanta contentione quantum forum est: tanto clamore consensuq; populis: ut nihil unquam simile uiderim: id uelim mihi ignoscas: quod inuita socrutua fecerim. Mulier timida uerebatur ne pansae animus offenderetur. In concionem quidem Pansa dixit matrem quoq; tuam & fratrem illam a me sententiam nolu. sse dici. Sed me haec non mouebant. Alia mallebam: fauebam & reip. cui semper faui: & dignitati ac gloriae tuae. Quod autem & in senatu pluribus uerbis disserui: dixi in concione. In eo uelim fide meam liberares. promisi enim & prope confirmaui: te non expectasse: nec expectaturum esse decreta nostra: sed te ipsum tuo more remp. defensurum: & quae nihil dum audiueram nec tibi esse: nec quas copias heres: tamen sic statueram q̄ in istis partibus essent opes copiarq; tuas esse: pro teq; Asiam prouinciam confidebam iam reip. recuperatam: Tu fac in augenda gloria te ipsum uincas.

M. C. Cassio. S. D.

s Caelus affinis tui Lepidi: summamque leuitatem & inconstantiam ex actis quae ad te mitti certe scio: cognosce te arbitror. Itaq; nos cōfecto bello (ut

Vanto. Quum pugnaret in asia
q Cassius contra Dolobellam. C. Cero eum uehementer laudauerat: promiseratq; eum facturum per se quicquid uideretur fore utile reip. nec expectaturum senatus decreta ut liberaret asiam a Dolobella qui fuerat iudicatus hostis. Itaq; licet Cice. simulet se nolle dicere quae pro eo egerit tamen latenter signat: immo quodammodo breuiter commemorat. & ab eo petit ut ea praestet. q̄ ipse Cice. senatus de eo promisit. & quae si data fide affirmauit. Postremo dicit se sperare totam Asiam propediem ab eo liberatam fore. C. Malo: uolo potius.

C. Quam ex me uidear tacere officium meum. C. Facile: nullis aduersantibus. C. Pansa consul. C. Productus in publicum ductus. C. Contentione: uehementi oratione. C. Quantum est forum: quantum totum forum poterat audire. i. tanta uoce quanta poterat totum forum implere. C. Nihil simile: quia nunquam populus magis consensit ad rem aliquam. C. Socru: matre uxoris tuae. C. Inuita: nolente. C. Offenderetur: si te laudassem.

C. Haec q̄ socrus tua & mater dicebat se nolle. C. Fauebam & reipu. i. faciebam causa reip. & causa tuae dignitatis. C. Liberes: si. me. absoluas me fide: quam pro te reddi. C. Promisi. n. dicit nunc que sit ea fides. C. Tuo more: ut consueuisti. C. Nihil dum pro nondum. Statuebam. iudicabam. C. Istis asiaticis. C. Recuperatam: ab inuasiōe dolo. C. Vincas teip. faciam etiam ultra uires.

f Caelus. Post liberationem bruti ex obsidione Mutinensi Lepidus se cum An. continxit: quae dicit ualde nocuisse populo romano. quae cum credidisset se finisse bellum superato. M. Anto. apud Mutinam coactus est gerere bellum renouatum per perfidiam Lepidi Antonio coniuncti. Itaq; dicit se esse in M. bruto & Cassio quem non solum dicit nunc credi magnum hominem sed etiam in futurum. nihil enim esse tam magnum. quod Po. Ro. non confidat eum non posse praestare. C. Scelus perfidiam quia Antonium suum apud Mutinam in societatem & prouinciam suam rex

Nihil dū

Epistolarum familiarium

cepit. **C**onfecto finito. Decio liberato & antonio fugato. **C**Renouatum: per coniunctionem Lepidi. **C**Quæ uelle mus, qualia optabamus. s. q. esset a te oppressus: cum enim Cassius in laodicea obsederat. **C**Expectatione spe bona. **C**Contendas enitatis.

Reuitas. Eodem est argumento
b hæc epistola: quo & superior: nisi q. ostendit aduentum Cassii plurimum profuturum reip. in parua spe quæ relicta est. **C**Breuiorem quia breuiter scripsisti breuiter quoque tibi respondendum duco. **C**Clausa uel circumfessa uel muro (ut ita dicam) circumdata ut nunc uenire non possint. **C**Constantes: eodem tenore non uariatos. **C**Sed tamē ut. Ut. idest quanuis. **C**Interest refert uti le est. **C**Despondetur promittitur. deputatur.

Desponditur

I Epidus. Certiorem reddit C. Cassium: quemadmodum Lepidus iudicatus est hostis præ scripto tamen ei termino quo possit adhuc redire ad sanitatem: hoc ē ad societatem populi Romani: dicitque eius coniunctione cum antonio bellum multum auctum esse. Deinde quid nunciatum sit de Dolobella: postea uero ipsum Cassium & M. brutum expectari in italia propter maximum incendium belli renouati perfidia Lepidi: contra quem dicit oppositos esse Plancum: & D. brutum consules designatos: sed maximam spem esse in ipsis Cassio & M. bruto. **C**Defecerunt: reliquerunt fidem populi Roma. **C**Sanitatem: quia fuit furor de ficere: sanitatem autem animi non corporis intelligimus hoc loco. **C**Sine capite: sine origine: quia nescimus quis fuerit. a quo hic rumor processerit. **C**Rumororum nun. idest tantummodo fama nuntante. **C**Litteris tuis: quæ sequuntur inferius incipientes: legi tuas litteras: debuerant enim præcedere hanc epistolam: sed ut sæpe diximus non est seruatus rectus ordo harum epistolarum. **C**Illum: Dolobellam. **C**Ex sententia: ut uolumus. **C**Titubatum: erratum: cospiratum. **C**Niteremur: sustentaremur. **C**Cuius rei. formidī exercitū tuum. **C**Apparatus: uolūtates. **C**Gesta: pfecta. **C**Vos: te & M. brutū. **C**Quāto. s. odio. **C**Ille Antōnius. **C**Hic: Lepidus. **C**Cōsules desig. Plancū & D. brutū. **C**Itaque. i. celerissime: nūc nūc. uenerat enī ī Sardiniam: ut uidimus lib. ix. Quod si: obiectio: q. possent dicere de uictis hostibus quid est opus nos uenire dicit C. auctoritate eorū posse plurimū erigere rēp. **C**Exurget: erigetur: cū taceant quasi pressa. **C**Tollerabili mediocri

Titubatum

arbitramur. Renouatum bellum gerimus: spemq. omnem in Decio Bru. & Planco habemus. Si uerum quaris in te & in meo Bruto non solum ad presens per fugium: si quod nolim: a duersi quid acciderit: sed etiam ad confirmationem perpetuæ libertatis. Nos hic de dolobella audiebamus quæ uelle mus: sed certos auctores non habebamus. Te quidē magnū hominem & presenti iudicio: & reliqui temporis expectatiōe f. ito eē. Hoc tibi proposito fac ut ad summam conuenias. Nihil est tantum q. non populus Romanus a te perfici: atq. obtineri posse iudicet. Vale.

M. C. Cassio. S. D.

Reuitas tuarum litterarum me quoq. breuiorem in
b scribendo facit: & uere ut dicā: non satis occurrit quid scribam. Nostras enim res in actis perferri a te certe scio: tuas autem ignoramus. Tanquam enim clausa sit Asia: sic nihil perfertur ad nos pter rumores de oppresso Dolobella: satis illos quidē constantes: sed adhuc sine auctore. Nos confectum bellum quum putaremus: repente a Lepido tuo in summam sollicitudinem adducti sumus. Itaq. persuade tibi maximam reip. spem in te & in tuis copiis esse. Firmos animo exercitus habemus: sed tamen ut omnia (ut spero) prospere procedant multum interest te uenire. Exigua est. n. spes reip. nam nullam non libet dicere: sed quecumq. ē: ea despondetur anno consulatus tui: Vale.

M. T. C. Cassio. S. D.



Epidus tuus affinis meus familiaris pridie calen. quintil. sententiis omnibus hostis a senatu iudicatus est: ceteriq. qui una cum illo a rep. defecerunt: quib. tamen ad sanitatem redeundi ante cal. septē. potestas facta est. fortis sane senat. sed maxima spes subsidii tui bellum quidē quū hæc scribebam: sane magnum erat scelere & leuitate Lepidi. Nos de Dolo. quottidie q. uolum. audiui. sed adhuc sine capite: sine auctore: rumore: nuncio. Quod ita quum esset tamen litteris tuis: quas nonis maiis ex castris datas acceperam. ita persuasum erat ciuitati: ut illum iam oppressum oēs arbitrarentur. Te aut in italia uenire cum exercitu: ut si hæc ex sententia cōfecta eēnt: consilio atq. auctoritate tua roboraretur: si quid forte titubatū est: ut sit in bello: exercitu tuo niteremur: quē quidem ego exercitum quibuscumq. poterō reb. ornabo Cui. rei tum temp. erit: quum quid opis reip. latur. exercit. sit aut quid iam tulerit: notum esse ceperit: Nam adhuc tantum apparat. audiuntur optimi illi quidē & pclarissimi: sed gesta res expectatur. Quam quidē aut iam eē aliquā aut appropinquare confido. Tua uirtute ma

si minus optimo. Medendum prouidendum translatio sumpta a corporibus aegrotis.

N firiaz Cassius Ci. certiorum facit se uenisse in syriam: deinde quid tibi egerit firma enim praesidia se habere dicit ad defensionem reip. hortatur eum latenter: ut eum & tempu. tueatur. Crispum qui Bytiniæ imperat.

Marcum qui & ipse in syria erat.

Quæ agerentur quia decretum erat per senatum: ut omnes Bruto Cassio parerent. Legionem quam Qu. Bassus: hæc olim fuerat Iulii Cæsaris: qui cum per syriam proficisceretur: eam illic reliquerat tam tum in parthos meditatus bellum: huius cura Cæcilia Basso mandata fuerat. A. Alienus hic enim nuper a Dolobella missus in aegyptum quattuor legiones e provincia duxerat: quas ex Pompei clade Crassisque dispersas Cleopatra sub Cæ. collectas retinuerat hunc igitur nihil suspicantem Cassius in palestina ad ortus legiones sibi tradere coegit quattuor legionibus contra cetero pugnare uentum. Firma ualida habebat enim duodecim legiones Cassius.

Aget loquetur. Taricheis ad Taricham syriæ ciuitatem positis.

Egi. Hæc epistola debuit poni in ordine post illam quæ superius incipit. Quanto studio: cum enim Cic. significasset quæ pro Cassio egerit: & quid de eo promississet senatui: respondet tunc Cassius se cognouisse Cic. erga se amorem: & quoniam intelligebat eum de se grauem curam suscepisse & uehementer esse sollicitum dicit se statim reddidisse eum certiorum de rebus provinciae cum primum habuit exercitus: qui erant in syria ut in præcedenti epistola uisum: est se etiam scripsisse ad senatum. uoluisseque ut Cic. prius illas litteras quæ ad senatum mittebantur inspiceret: quam senatui redderentur quæ reddite non fuerunt dicit se non dubitare quin interceptæ: fuerint a Lepido deinde dicit quem exercitum habeat: petitque a Cic. ut eius dignitatem tueatur & Marcum & Crispum imperatorem qui ei exercitum tradiderat commendatos habeat. & milites suos: quos dicit esse uehementer Cic. affectos. Postremo dicit se persecutum Dolobella in Ciliciam: quæ regio est minoris asiae syria propinqua. facturumque ut Cic. quamprimum intelligat quid egerit. Litteras tuas. quæ ut dixit: incipiunt quanto studio. Grauem curam: quia intellexit quanta contentione de se uerba fecisset. Oppressa: ab Ant. tuas. Suspiciare: putares. Moliri apparatus facere. De. i. pp. Simul ac. cum primum. Ex aegypto: ut in præcedenti epistola declaratum est: ordo est. Itaque scripsit ad te. & missi complures tabellarios romam qui putabāt te existimare nos nō posse quietere

gnitudine animi nihil est nobilius. Itaque optamus ut quamprimum te in italia uideamus: tempu. nos habere arbitramur: si uos habebimus: preclare uiceramus: nisi spoliatum inermem fugientem Lepidus recepisset antonium. itaque nunquam tanto odio Antonius ciuitati fuit quanto est Lepidus. Ille. n. ex turbulenta rep. hic ex pace & uictoria bellum excitauit. Huic operatos consules designatos habemus in quibus est magna quidem spes illa: sed anceps cura propter incertos exitus praeliorum. Persuade tibi igitur in te: & in Bruto tuo esse omnia: uos expectaui: Brutum quidem iam iamque. Quod si ut spero: uictis hostibus nostris ueneritis: tamen auctoritate uestra resp. exurgat & in aliquo statu tollerabili consistet. Sunt. n. per multa quibus erit medendum est si resp. satis esse uidebitur: sceleribus hostium liberata.

Vale.

Cassius procon. S. D. M. Ci.

I uales bene est ego quoque ualeo: in Syriam me profectum esse scito ad Lucium Marcum: & Quintum Crispum imperatores: uiri fortes optimique ciues: posteaquam audierunt quæ Romæ gererentur: exercitus mihi tradiderunt: ipsique mecum una fortissimo animo tempu. administrant. Itē legionem quam. Q. Cecilius Bassus habuit ad me uenisse scito: Quattuorque legiones quas. A. alienus ex aegypto eduxit traditas ab eo mihi esse scito. nunc te cohortatione non puto indigere: ut nos absentes reque publicam quantum opus est: defendas. Scire te uolo firma praesidia nobis sex natumque non deesse: ut optima spe & maximo animo resp. defendas. Reliqua tecum aget. L. Carteius familiaris meus. Vale

Data Nonis Martiis ex castris Taricheis.

Cassius proconsul. S. D. M. C.

I uales bene est: ego quidem ualeo. Legi tuas litteras

in quibus mirificum tuum erga me amorem recognoui. Videbaris enim non solum fauere nobis id quod & nostri & reip. causa sper fecisti sed et grauem curam suscepisse uahementerque esse de nobis sollicitus. Itaque quod te primum existimare putabam: nos oppressa repub. quiescere non posse. Deinde cum suspicarem nos moliri quod te sollicitum esse: & de salute nostra: & de rerum euentu putabam: simul ac legiones accepi: quas. A. alienus eduxerat ex aegypto: Scripsi ad te: ac tabellarios complures Romam misi. Scripsi etiam ad senatum litteras: quas reddi uentum: priusquam tibi

Epistolarum familiarium

rep. oppōssa dēide q̄a putabāt te sollicitū eē de nōstra salute & de reip̄ euētū, cū suspicāre nos molīre. **¶** Recitatae lecte ut si qd̄ uideretur cōmutandum: cōmutares arbitrio tuo. **¶** Trebonio occiso: is enim Asiā p̄fectus dolobellam ad se uenientem Pergamo & Smyrna noui admiserat. sed solūmodo ei cōmeatum uelut cōsuli extra moenia parauerat: aggredeēte eodem: cum ira urbes nihilq̄ proficiente. Trebonius in ephesum recipi mandauit: & ad ephesum euntē quosdam ex interuallo subsequi iussit. hīc nocte ingruente dolobellam recedentem inueniens: nec ulterius quicq̄ suspicari pauos ex suis reliquere q̄ illum sequerentur. Ipsi uero ad Smyrnā redierunt Dolobella oēs q̄ relictī fuerant per insidias interficit: & nocte adhuc instante Smyrnam uersus gressum mouet: q̄ in custodiā inueniens per scalas occupat. Treboni⁹ in lecto a militibus dephensus. se ad Dolobellam deduci supplicat: sponte se illos esse secuturum huic turmā ductor cum inueniens. Eia tu sequere inq̄t: caput interī nobis derelinques: non enim te sed caput tuum asserre nobis mandatum ē: quo dicto caput illo subito abscidit. Orta luce Dolobella Treboni⁹ caput p̄torio in solio quo iudicare solitus erat: affigi iussit: exercitus ira cōmotus: & supplex turbā oīs ob necem Cæsaris cuius Trebonius particeps fuisse dicebatur: & q̄ dum iter fieretur Antonium ad senatus fores uerbis detinisset: in reliquum corpus eius crudeliter saeuit caput in morem sperae siue pilae instrato lapidi cum risu inuicem diu prouolurum: donec contritū effusum q̄ est: & hīc primus ex percussorū numero tales poenas dedisse dicitur. **¶** Habuit paululum morae: paululum moratus sum anteq̄ pugnarem. **¶** Si affirmatiue ponit pro q̄a. **¶** Importunissimos. infestissimos. **¶** Crudelissimis tyrānis. Antōio & aliis: q̄ rēp. occupare nitēbantur. **¶** Quos exercitus. **¶** Confirmasset. animosiores reddidisset: si sperasset aduēturum eius exercitum. **¶** Quam spem praedae & rapinarum: quae promittebantur eis ab Ant. & Dolobella & aliis hostibus recipi. si eos sequi uoluissent Marci & Crispide quib⁹ in praecedenti epistola uidimus q̄ Cassio: tradiderant exercitus suos. **¶** Nam Bassus: is erat in Apamea. cunq̄ recusaret tradere exercitum Cassio eius milites miserunt legatos ad ipsam Cassium se oīno transituros ad eum: & ita uel inuictus coactus est tradere. **¶** Misere noluit. i. ualde noluit: ualde recusauit: nam misere p̄ ualde saepe ponit Terentius. misere hanc amat. nec legendus est miser pro malo & scelerato uel astuto ut quidam somniāt. cum nullū id significet. Quoad quousque. **¶** Expugnata. uel capta. **¶** Cuius scilicet tui. **¶** Sic scelerici simus sic nobis omnia prospere euentant.

recitatae essent. si forte mei obtēperare mihi uoluerint. Quod si litterae praelatae non sunt: non dubito quin dolobella qui ne farie Trebonio occiso asiā occupauit: tabellarios nostros deprehenderit: litterasq̄ interceptit. Exercitus oēs q̄ in syria fuere: teneo. Habui paululum morae: dum promissa militib⁹ persoluo. Nūc iam sum expeditus. A te peto ut dignitatem meam tibi commendatam habeas: si me intelligis nullum neq̄ periculum neq̄ laborem patriae denegasse. Si contra ipotunissimos latrones arma cepi te hortante & auctore: si non solum exercitum ad tempus. libertatemq̄ defendendam comparauit. sed etiam crudelissimis tyrānis eripui. Quos si occupasset Dolobella non solum aduentu: sed etiam opinione & expectatione exercitus sui Antonium cōfirmasset. Quas ob res milites tuere: si eos mirifice de rep. meritos esse animaduertis: & effice ne quem poeniteat tempus. quā spē praedae & rapinarum sequi maluisse. Item Martii & Crispi imperatoriam dignitatem quantum ē in te tuere. Nam Bassus misere noluit mihi legionem tradere. Quod si milites inuito eo legatos ad me misissent: clausam apameam tenuisset: quoad uel esset expugnata. Haec a te peto non solum reip̄. quae tibi semper fuit charissima: sed & amicitiae nomine: quā confido apud te plurimum posse. Crede mihi hunc exercitum quem habeo: senatus atq̄ optimi cuiusq̄ esse maximeq̄ tuum. De cuius uoluntate assidue audiendo mirifice te diligit: charumq̄ habet. Quid si intellexerit commoda sua curae tibi esse: debere etiam se tibi omnia putabit. Litteris scriptis audiui Dolobellam in Ciliciam uenisse cum suis copiis: proficiscar in Ciliciam: quid egerim celeriter ut scias dabo operam. Ac uel si ut meremur de rep. sic felices sim⁹. Fac ualeas: meq̄ ames. Nonis Maiis ex castris.

Cassius. Q. S. D. Ciceroni.



I uales bene ē: ego quoq̄ ualeo. Cum reip̄. uel salute uel uictoria gaudemus: tum instauratione tuarū

Misere

Um reip̄. Scriptis a Cicerone mandatis ad antonium. ut ab obfidione mutinēsi desisteret deniq̄ cum id non faceret eo iudicato hoste consilio hortatuq̄ Ciceronis ita coniunctus est Octavianus Caesar cum reip̄. ut eius auspiciis simul cum consilibus suis: pulsusq̄ sit ab anto. a Mutina q̄ uictoriam ita nunc ascribit Cassius Ciceroni ut hoc eius factum anteponat oppressioni coniurationis Catilinae dicatq̄ eum esse cām libertatis romanae petiti aut ab eo ut testis sit amoris sui erga reip̄. existimetq̄ ea que fecit pro rep. non casu aliquo neq̄ temere facta esse sed magna cōsideratione magnoq̄ cōsilio sicut & alia quoq̄ facere consueuit dicit aut se ei charissimū eē debere cui p̄ter ceteros sp̄ eius fuerit studiosoz maxie amulus q̄ si ingenū mīnus oñdere potuit pp̄ diuinā seruitutem aium tamen se pro

baturum affirmat. Deinde dicit quod in asia egerit quo secutus sit Dolobellam: & ad quem exitum eum perduxerit: quem dicit habere castra apud Laodiceam: sed penuria rerum redactum esse ad magnam famem: prorsum autem esse ne alicunde possit adducti ad eum frumentum: Itaque bonam spem de repu. pollicetur: & certissimam fiduciam uictoriae. ¶ Salutem saluata est enim Decio obsidione liberato & An. uicto. ¶ Instauracione inuouacione. ¶ Consulatus ma. co. te ipsum in. uicisti: sensus. quia nunc cum sis consulibus fecisti plura & maiora: q̄ cum eras consul: licet illa fuerint maxima est autem consularis proprie qui consulatum gessit: neque tamen amplius est consul. interdum ponitur pro eo qui dignus est consulatu.

Consularis

laudum q̄ maximus consularis maximum cōsulem te ipsum uicisti & letamur: & mirari non satis possumus: fatale nescio quid tuæ uirtuti datum: idque iam saepe experti sumus. Est enim tua toga omnium armis scilicet: quæ nunc quoq̄ nobis pene uictam rempub. ex manibus hostium eripuit ac redidit. Nunc ergo uiuemus liberi nunc te omnium maximum ciuem & mihi carissimum id quod maxime reipu. tenebaris comparasti. Nunc te habebimus testem nostri & in te & in coniunctissimam tibi rempu. amoris: & quæ saepe pollicitus es te & taciturnum: dum serui essemus: & dicturum de metūc quum mihi profutura essent: nunc illa non ego quidem dici tantopere desiderabo quā sentiri a te ipso. Neque enim omnium iudicio malim me a te commendari quā ipse tuo iudicio digne ac mereor commendatus esse. ut hæc nouissima nostra facta non subita nec inconuenientia: sed similia illis cogitationibus: quarum tu testis es: fuisse iudices: meque ad optimam spem patriæ non minimum tibi ipsi producendum putas. Sunt tibi Marce Tulli liberi propinqui q̄ digni quidem te: & merito tibi carissimi esse etiam debent in repub. proxima me hos cari: qui studiorum tuorum sunt æmuli: quorum ipse cupio tibi copiam. Sed tamen non maxima me turba puto excludi: quo minus tibi uacet me excipere & ad omnia quæ uelis & probes pducere. Animum tibi nostrum fortasse probabimus. Ingenium diutina seruitus certe qualecunque est: minus tamen quā erat: passa est uideri. Nos ex ora maritima Asiae prouinciae: & ex insulis quas potuimus: naues deduximus. Delectum remigum magna contumacia ciuitatum: tamen satis celeriter habuimus. Secuti sumus classem Dolobellæ: cui Lucius præerat: qui spem saepe transitionis præbendo

¶ Fatale. diuinum fato constitutum: in bonam partem accipitur hoc loco cum alibi noxium: & pestiferum significet: ut eum fatalis equus saltu super ardua uenit pergama. ¶ Id quod pro quod. ¶ Tuam toga. id est tu rogatus: id est non gerens bellum sic ipsum de se Cædant arma togæ: concedat laurea linguæ. ¶ Nunc quoque: sicut & temporibus Catilinæ. ¶ Eripuit quia consilio Ciceronis bellum illud gestum fuerat. ¶ Nunc comparasti: effectisti: consecutus es. ¶ Quod tenebris respu. scilicet libertatem: alii legunt comparasti. in quo tamē erit idem sensus. sed melior prior lectio. ¶ Dum serui essemus dum essemus sub tyrannide quia frustra esses dicturus ubi nemo te audiret. ¶ Tunc reipu. libera sicut nunc est. ¶ Illa quæ pollicitus es: te dicturum ordo est & nunc non tanto tempore desiderabo illa dici. quā sentiri a te in ipso quæ saepe pollicitus es &c. ¶ Non tantopere: sensus: non tantum desidero ut illam dicas. q̄ ut iudices de me quia plura facio esse commendatus digne. ut mereor tuo iudicio quā iudicio omnium aliorum. ¶ Commendari. laudari probari. ¶ Subita. repentina sine consilio. ¶ Inconuenientia incommoda. ¶ Similia quasi dicat magna & matura consultatione pensata. ¶ Quarum significat cogitationes quas fecerat de Cæsare interficiendo. ¶ Non minimum lipto te quasi dicat principem & maximum. ¶ Producendum proponendum. ¶ Sunt ostendit Cassius q̄ charus esse Ciceroni debeat. ¶ Digni te. boni qualis tu es. docet autem Cicero uirtutem & imitationem probitatis paternæ eam esse quæ liberos parentibus maxime charos efficiat. ¶ Proxime hos id est post hos. dici mus autem proxime te & proxime tibi. sicut & proprius urbem et proprius urbi. ¶ Ac muli. imitatores. ¶ Sed tamen id est non puto me esse extra uumerum

Fatale

Proxime

cius turbæ. quæ est æmula tuorum studiorum. ¶ Quominus. ut non. ¶ Vacet liceat. ¶ Excipere. recipere. ¶ Probabimus. demonstrabimus. ¶ Diutina. longi temporis. a diu. sicut & diurnus. nam diurnitas a die deriuatur. Ora. regio ne. ut Troiæ qui primus ab oris. ¶ Maritima. mari uicina. ¶ Quas naues potuimus. i. quales & quo potuimus. ¶ Delectum delectationem. ¶ Remigum nautarum neque legendum est remigium. ¶ Contumacia repugnantia. ¶ Transitionis simulabat enim se discessurum. & transiturum in aliam regionem: cum tamen nunquam discederet & tandem transtulit in Coricum oppidum. ubi clauso portu ne ab hostibus inuaderetur se tenet Coricus autem oppidum Siciliae portu saloque cinctum angusto tergoze continenti adnexum Circa hoc oppidum crocum optimum plurimūque nascitur quod omnibus antepositum. colore odore & succo quod etiam proficit ad medelam supra specus & coricius de quorū alitum Pomponit. & Solinus multa & mirabilia scribunt quæ qui nosse cupit apud eos legat. ¶ Illa re. classe Lucii præfecti Dolobellæ. ¶ Satus utilius. ¶ Sequebatur. s. Lucillum. ¶ Classis al. nostra. ¶ Cui p̄. q̄ dicebat. ¶ Cumber hic unus ex percussoribus fuit. ¶ Ibi in cypro. ¶ Tharsenses populi ciliciæ. De tharso diximus supra li. iiii. in epistolis

Quominus
Diutius
Diuturnus

Coricus
Crocum
Coricius
Specus

Epistolarum Familiarium

Drachma
Tetra
drachma

ad appium: & de laodicea. **C**Accerserunt ad se uocauerunt. **U**ltro illo non hoc poscente. **E**x quibus utiq; tharso. & laodicea. **S**peciem. e. i. quandam apparentiam & formam exercitus. **D**emolitus est diruit. **C**astra. exercituum suum. **T**etra drachma quidam codices habent sic scriptum: quod interpretabimur cum uallo nam **TETRA** significat iaculum sed potest poni pro uallo cum etiam in quodam codice inuenitur latine scriptum cum uallo. **S**ine praelio sine conflictu: sperant enim se cum oppressurum fame. **T**ernis: tetradrachma: ut li. vi. diximus genus est numi eodem modo tetradrachma: quæ continet quattuor drachmas dicit igitur. **T**riticum. i. frumentum esse apud Dolobellam iam in pretio tritum tetradrachmis: quod quidem maximum & carissimum præcium.

Qui. i. aliquid, s. frumenti. **C**assii. fratris mei. **P**ræstabunt: efficient prouidebunt. ordo est Classis Cassii & tres classes: quas adduximus ego. **T**urullius & Patiscus facile præstabunt: ne Dolobella possit supportare frumentum. **I**stic. in italia. **P**ro nostra parte: quantum in nobis erit sicut & uos in italia pro uestra parte. **E**xpedistis. i. confecistis.

Vm Brutum. Hæc epistola licet longiuscula sit non multum tamen habet difficultatis: consumitur enim fere tota in rerum narratione: quæ admodum & sequens Cum enim præfesset asiæ proquestor. **P**. Lentulus narrat quemadmodum cum a Bruto in Asiam reuerisset. ut reliquias pecuniæ quæ colligenda fuerat: colligeret: & Roma mitteret: intellexit dolobellam esse in Licia cum magno numero nauium oneratarum contra quem se iussit dicit cum paucioribus & minoribus nauibus: facileque fuisse ei: ablaturum totam classem. nisi impeditus fuisset a rhodiis: de quorum perfidia uehementer queritur comme morans alias eorum iniurias illatas olim in Pompeium & alios clarissimos uiros romanos: quos rhodios dicit omnino esse puniendos: ne impunitate eorum improbitas augeatur. Deinde quia asia erat decreta hyrtio & Pansa consulibus cum ex italia non commode discedere possent in prouinciam: rogat Lentulus Cice. ut id agat quod consules ei concedant procuracionem prouinciæ loco suo. Adducit autem rationes & causas plurimas: quare id facere debeant & promissionem consulum quam ei fecerant & uerbo & scripto. commendat officium suum: & commemorat multa beneficicia a se collata in rempub. cum iuuit Cassium: & pecunia & coniunctione omnium exercituum qui erant in asia: deinde quia pro repub. suscepit bellum aduersus Dolobellam cuius erat sodalis & familiarissimus: & aduersus Antonios. quibus etiam dicit se sanguine coniunctum: & licet sit perseveraturus semper in eodem studio & amore libertatis & suscepturus omnia pericula pro repub. tamen dicit se multo facilius & alacrius esse facturum: & cum maiori auctoritate si respub. cum aliquibus meritis affecerit. Postremo laudat filium Cice. qui militabat sub Bruto quem fratris loco se habere dicit. & quia sit eo dignus Brutum qui præerat macedoniæ. mei laboris. mei negocii est autem labor questoris & proquestoris colligere pecunias & uectigalia populi. **O**nerarias mercatorias ad one

neque unquam non decedendo: nouissime Corinthum se conuulit: & clauso portu se tenere cepit. Nos illa relicta: quæ & in castra peruenire satius esse putabamus: & sequebatur classis altera: qua anno priore in Bithynia Tullius Cimber comparat: cui Turullius quaestor præerat: Cyprum petiuimus: ibi quæ cognouimus: scribere ad uos quæ celeriter uoluimus Dolobellam ut Tharsenses pessimi focii: ita Laodiceum multo amentiores ultro accerserunt: ex quibus utriusque ciuitatibus Græcorum militum numero speciem exercitus effecit. **C**astra habet ante oppidum Laodiceam posita & partem muri demolitus est: & castra oppido coniunxit. Cassius noster cum decem legionibus & cohortibus uiginti auxiliariis & quattuor milium equitatu: a milibus passuum uiginti castra habet posita: & existimat se sine praelio posse uincere. Nam iam ternis tetradachmis triticum penes Dolobellam est: nisi quid nauibus laodiceorum supportarit: cito fame pereat necesse est ne supportare possit & Cassii classis bene magna cui præest Sextilius ruffus & tres quas nos adduximus ego & Turullius patiscus: facile præstabunt te uolo bene sperare: & reu. ut nos istic expedistis: ita pro nostra parte celeriter iter uobis expediri posse confidere. **V**ale.

Data idibus Iunii Cypro Acromani Iacride.
Lentulus. S. D. Ciceroni.

Vm Brutum nostrum conuenissem: eumque tardius in Asiam uenturum animaduertentem in Asiam rediit: ut reliquias mei laboris colligerem: & pecuniam quam primum Romam mitterem: interim cognoui in Cilicia esse classem Dolobellæ: amplius quam centum naues onerarias in quas exercitus eius imponi posset Idque Dolobellam ea mēte comparasse: ut si syriæ spes cum frustra esset conscenderet in naues: & Italiam peteret: sequi cum Antonis & reliquis latronibus coniungeret. Cuius rei tam

to in timore fui: ut omnibus rebus relictis cum paucioribus & minoribus nauibus ad illas ire conatus sim. Quæ res si a rhodiis non interpellatus essem: fortasse tota sublata esset: tam magna ex parte profligata est. Quandoquidem classis dissipata est aduentus nostri timore: milites ducesque effugerunt: onerariae omnes ad unam a nobis sunt exceptæ: certe quæ maxime timui: uideor consecutus ut non possit Dolobella in italiam peruenire nec sociis suis firmatus nobis durius effugere negocium. Rhodii nos & rempu. quam ualde desperauerint: ex litteris quas publice misisti: cognosces. Equidem multo parcius scripsi: mirari noli: mira est eorum amentia: nec me meæ ullæ priuatim iniuriæ mouerunt unquam malus animus eorum in nostra salute cupiditas partium aliarum perseverantia in contentione optimi cuiusque ferenda mihi non fuit: nec tam omnes perditos esse puto. Sed iidem illi qui tum fugientem patrem meum: qui L. Lentulum: qui pompeium: qui cæteros uiros clarissimos non receperint: iidem tãquam aliquo fato: & nunc aut magistratum gerunt: aut eos qui sunt in magistratu in sua habent potestate. Itaque eadem superbia in prauitate utuntur. Quorum improbitatem aliquando retundi & non pati impunitate augeri: non solum utile reipublice nostræ sed etiam necessarium. De nostra dignitate uelim tibi: ut semper curæ sit: & quocumque tempore occasionem habueris: & in senatu & in cæteris rebus laudi nostræ suffragere. Quando consulibus decreta est asia: & permissum est his: ut dum ipsi uenirent: darent negocium qui asiam obtineant: rogo te: petas ab his ut hanc dignitatem potissimum nobis tribuant: & mihi dent negocium ut asiam obtineam dum ipsorum alteruter uenit. Nam quod ut proponerent in magistratum uenire aut exercitum mittere causam non habent. Dolobella. n. in syria est & ut tu diuina tua mente prospexisti & prædicasti. dum isti uenient: Cassius eum oprimet. Exclusus enim ab antiochia dolobella & in oppugnando male acceptus: nulla alia confisus urbe: laodiceam quæ est in syria ad mare se contulit: ibi spero celeriter eum penas datum. Nam neque quo refugiat habet: neque diutius sibi poterit tantum exercitum cassii sustinere. Spero etiam confectum esse iam & oppressum dolob. Quare non puto pansam & Hirtium in consulatu prope raturus in prouincias exire. sed romæ acturos consulatum. itaque si ab his petieris ut interea nobis procurationem asiae det. spero te posse impetrare. Præterea mihi promiserunt Pansa & Hyrtius coram & absentem mihi scripserunt. Verriusque nostrum pansa affirmauit se daturum operam: ne in suo consulatu mihi succedatur. Ego porro non mediussidius cupiditate

ra ferenda aptas. Id. s. ut haberet has naues. ¶ E a men. eo consilio & proposito. ¶ Antoni? Marco & ei? fratre. C. antonio. ¶ Frustrata esset eum decepsisset: non successisset ei. ¶ Cuius rei: scilicet ne peteret italiam & se cum antonis coniungeret. ¶ Tota ne aliquid faceret ex his quæ haberet in mente ¶ Sublata eius potestate erepta. ¶ Profligata: confecta ita enim & hic & multis aliis locis significat alias autem profligare est fundere uincere. ¶ Interpellatus impeditus. ¶ Dissipata dispersa. ¶ Ad unam: id est usque ad unam nulla excepta. ¶ Exceptæ deprehensæ. ¶ Quod quem rem ne perueniret in italiam. ¶ Nec effugit. ¶ Durius laboriosius difficilium ad uincendum. ¶ Publice quæ infra sequuntur. ¶ Multo par. multo modestius & minus. ¶ Mira maxima. Nec ul. inu. pri. m. un. subaudi mouerunt id est nunquam motus sum iniuriis in me priuatim illatis. ¶ Malus animi. co. s. non fuit ferendus. ¶ Cupiditas partium aliarum scilicet non fuit ferenda. i. quod nimium fauerent partibus Dolobellæ nobis contrariis. ¶ In conten. opti. cu. i. eorum contentumacta & perseverantia in contemendis quibusque optimis & studiosis reipublice. ¶ Omnes rhodios quia in tanto numero necesse est esse aliquos bonos. ¶ Iidem illi rhodii id est Pomp. fugientem ex bello pharsalico & quosdam alios clarissimos romanos non receperunt. ¶ Tunc temporibus bellorum ciuilium inter Cæsarem & Pompeium. ¶ Aliquo fato quasi fataliter semper debeant nobis esse aduersi quasi dicat mala quadam fortuna aut magistratum gerunt id est aut ipsi sunt in magistratu ut possint subere aut habent in potestate eos qui sunt in magistratu. ¶ Retundi reprimi reperiunt & castigari. ¶ Necessarius quia cum impunitate & licentia omnes fiant deteriores non potest respublice consistere ubi non puniuntur peccata. ¶ De nostra. com. medat nunc Lentulus dignitatem suam Cice. cum oī tempore & locorum uero ut nunc obtineat Asiam loco consulum quibus decreta erat illa prouincia post consulatum. ¶ Occasionem opportunitatem. ¶ Suffragare faueas auxiliis. ¶ Permissum est istis id est concessum est a senatu ut donec ipsi ueniant possint dare negocium administrandæ prouinciæ Aliis. ¶ Alteruter alter aut Hirtius aut Pansa. ¶ In magistratu id est dum adhuc sunt consules. Debet enim expectare ut functi sint consulatum. ¶ Penas datum suæ perfidiæ quia spero quod Cassius eum omnino uincet. ¶ Ibi apud Laodiceam. ¶ Acturos gestu

Profligatus
Profligatus

Retundi

Epistolarum Familiarium

ros perfecturos. ¶ Coram: uerbis cum istis essem ne succedatur mihi in consula tu ne quispiam mittatur in prouinciam loco mei donec ipse fuerit consul. ¶ Pro ducti prorogari differri. ¶ Longius spa cium administrandae prouinciae. Cupidi tate quia libenter in ea sum. ¶ Periculi: propter multos hostes resp. contra quos necesse fuit me pugnare & uerbis & re bus. ¶ Detrimenti damni quia multum etiam de meo diminutum est mihi dum sum in hac prouincia. ¶ Consequar reli quitas id est ut efficiam quod restat meae diligentiae. ¶ Laboro curo. ¶ Morte tre bonti que diximus supra in Smyrna fuis se interfectum. ¶ Non praestiterunt: fide repub. non seruauerunt quod respub. pro miserant. ¶ Reficere resarcire instaura re. ¶ Ego ita commendat Lentulus offi cia sua ut sibi non minus debere dicat & probet qua uel Cassio uel ambobus bru tis. ¶ Illius facti caedis Caesaris quia etiam fuit inter coniuratos. ¶ Leges quas Antonius fingebat de seruandis de cretis Caesaris. ¶ Traduxi. quia ab eo alienaui & respub. ¶ Coniunxi auxilio pecuniae qua ad eum misi ut declarat cu diceit nam tibi & ca. ¶ Ab Anto. qui De cium oppugnabat. ¶ Atque haec omnia quasi dicat quanto magis eram coniu ctus iis quorum postea sum factus ho stis causa respub. tanto maiora beneficia mea uideri debent. ¶ Is habet empha sim id est ego is. ¶ Beneficio il. qui fuerat causa ut daretur mihi cum nondum fuis sent iudicati hostes. ¶ Sed ερα κρο τι εοσρα id est patria ερα κοττ meam. est autem genitiuus id est patriam meam qua apud Latinos non satis ornate dicitur sed poti? meam εοσρα magis πωιητα amo id est plurifacis patriam meam quam omnes uel familiaritates uel consangui nitates. ¶ Indixi denunciaui feci. Vir. Hoc autem aeneadis indicare bella lati nis more iubebatur. ¶ Haec quae feci pro repub. ¶ Fructam utilitatem. ¶ Pro uocabimur inuictabimur, inctabimur. ¶ Mediufidius per iouis filium iurantis est. ¶ Opinione existimatione & spe. ¶ Pergae quae est Pamphilae ciuitas.

Reficere

Indixi
Medius
fidius

Celere eodem argumento scribit
¶ Len. hac epistolam publice quo superiore ad Cice. nisi quod cu Dolobella inuassisset asia eaque uastasset & uectigalia Po. Roa. corripuisset & ci ues roanos spoliasset & uediidisset & ce lerius decessisset ex asia q. pfidiu in ea ad

prouincia produci longius spacium mihi uolo. Nam mihi fuit ista prouincia plena laboris: periculi: detrimenti: quae ego ne frustra subierim: ne ue priusquam reliquias mea diligentiae consequar decedere cogar: ual de laboro. Nam si potuissim q. exegeram pecuniam uniuersam mittere: postularem: ut mihi succederetur. Nunc q. cassio dedi: q. Trebonii morte amisi mus: quod etiam crudelitate dolobellae: at perfidia eorum qui mihi fidem reiq. pu. non praestiterunt: id consequi & reficere uolo. Quod aliter non potest fieri nisi spacium habuero: id ut per te consequar: uelim ut solet: tibi cura sit. Ego me de repu. ita puto esse meritum: ut non prouinciae istius beneficium ex pectare debeam: sed tantum quantum cassius & brutus: no so lum illius facti periculiq. societate: sed etiam huius temporis studio & uirtute. Primus: n. ego leges antonianas fregi: prius aequitate dolobellae ad repu. traduxi: Cassioq. tradidi: primus delectus habui pro salute omnium contra coniuratione scele ratissimam. Solus Cassio & reipu. Syriam exercitusq. qui ibi erant coniunxi. Nam nisi ego tantam pecuniam. tantaq. praesidia & tam celeriter Cassio dedissem: ne ausus quidem esset ire in Syriam: & nunc non minora pericula reipu. a Dolobel. in starent: q. ab Antonio. Atq. haec omnia is feci qui sodalis & familiarissimus Dolobellae eram: coniunctissimus sanguine Antoniis prouinciam illorum quoq. beneficio habebam: sed πᾶτριᾶ εμακρονφιλον omnibus meis bellum primus in dixi. Haec & si adhuc non magnopere mihi tulisse fructum animaduerto: tamen non despero: nec defatigabor permanere non solum in studio libertatis: sed etiam in labore & pericu lis. Attamen si etiam aliqua gloria iusta & merita prouocabi mur senatus & optimi cuiusq. officii: maiore cum auctori tate apud caeteros erimus & eo plus prodesse reip. poterimus Filium tuum ad Brutum cum ueni uidere non potui: ideo q. iam in hyberna cum equitibus erat profectus. Sed mediufi dius ea esse eum opinione & tua & ipsius & imprimis mea causa gaudeo. Fratris enim mihi loco est qui ex te natus teq. dignus est. Vale. Data. iiii. calen. iunii. Pergae.

P. Lentulus Pub. fi. proquestor. Po. ro. Cos.

Præ. Trib. plæ. Sena. plæ. que Ro. S. D.

I ualetis liberiq. uestri ualent: bene est: ego ualeo.

s Scelere Dolobellae oppressa asia in proximam pro uinciam macedoniam praesidiaq. reip. q. M. Bru. ue ster consul tenebat: me contuli: & id egi ut per quos celerrime posset asia prouincia uectigaliaque in uestram po testatem redigerentur. Quod cum pertinuisset Dolobel-

la uastata prouincia correptis uectigalibus præcipue ciuibus Romanis omnibus crudelissime denudatis: ac diuenditis: ce-
leriusq; asia excessisset: q̄ eo præsidium adduci potuisset: diu-
tius, morari aut expectare præsidium non necesse habui: & q̄
primum ad meum officium reuertendum mihi esse existima-
ui: ut reliqua uectigalia exigerem: & q̄ deposui pecuniam:
colligerem: quicquid ex ea, correptum esset: aut quorum id cul-
pa accidisset cognoscerem quâ primum: & uos de omni re fa-
cerem certiores. Interim cum per insulas in Asiam nauigan-
ti mihi nunciatum esset classem Dolobellæ in licia esse: rho-
diosq; naues complures instructas & paratas in aqua habere.
cum his nauibus quas ante mecum adduxeram: aut compara-
uerat Parisæus proquestor homo mihi cum familiaritate: tū
etiam sensibus in repub. coniunctissimus rhodum reuertit: con-
fusus auctoritate uestra senatusq; consulto: quo hostem Dolo-
bellam iudicatis: fœdere quoq; quod cum his, M. marcello
Seruio sulphitio renouatum erat quo intrauerant rhodii eosdē
se hostes habituros: quos. S. P. q; Ro. Quæ res nos uehemen-
ter fefellit. Tantum enim abfui: ut illorum præsidio nostram
firmaremus classem: ut etiam a rhodiis urbe: portu: statione:
quæ extra urbem est: comœatu. aqua deniq; prohiberentur
nostrî milites: nos uix ipsi singulis cū nauigiolis reciperemur
Quam in dignitatem diminutionemq; maiestatis non solum
iuris nostri: sed etiam imperii populiq; Roma. iccirco tulim-
us: quod interceptis litteris cognoramus Dolo. si desperaf-
set de syria ægyptoq;: quod necesse erat fieri: in naues cum
omnibus suis latronibus: atq; omni pecunia conscendere eē
paratum italiamq; petere. Iccirco etiam naues onerarias: qua-
rum minor nulla erat duum milium amphorarum cōtractas
in licia a classe eius obsideri. Huius rei timore patres consc.
percitus iniurias perpeti: & contumelia etiam nostra omnia
prius experiri malui. itaq; ad illorum uoluntatē introductus
in urbem & in senatum eorum q̄ diligentissime potui causam
reip. egit: piculumq; oē quod instaret: si ille latro cum omni-
bus suis naues conscēdisset exposui: rhodios aut tanta in pra-
uitate animaduerti: ut oēs firmiores putarēt quam bonos: ut
hanc concordiam & conspirationē omnium ordinum ad de-
fendēdam libertatē propēse non crederēt esse factam: ut pa-
tietiam senatus: & optimi cuiusq; manere etiam nunc confi-
derēt: nec potuisse audere quēquam Dolob. hostem iudica-
re: ut deniq; omnia quæ improbi fingeant magis uera existi-
marēt: quā q̄ uere facta erāt: & a nobis dicebant: qua mēte et
ante nostrum aduētum post Trebonii indignissimam cādē:
cæteraque tot tantaque nefaria facinora binæ profectæ erant

ducti potuisset: dicit Len. nō putasset sibi
expectandum præsidium mittēdum a bru-
to ex Macedonia. Itaque se reuerturum
esse ad officium suum perficiendum: que
cognoscendum qui fuissent illi perdit:
qui pecuniam tradidissent Dolobellæ.
q̄ ipse lentulus apud eos deposuerat: ita
que rogat ut isti q̄ tradiderit eā pecuniā
pūiant: ut facilius possit reliqua uectiga-
lia exigere: & pūnciam ab iniuria tueri.
¶ Postremo se intellexisse ex qbuda mī-
litibus q̄ fugerant a Dolobella quā pluri-
mos milites ab eo fugisse cum expulsus
& exclusus fuisset ab Antiochia: itaque
se sperare eū celenus daturū poenas quā
putauerat ¶ Correptis sublatis. ¶ Mora-
ri differri reuerti ad exigenda uectigalia.
¶ Id accidisset: ut pecunia eēt correpta.
¶ Interim: narrat q̄ et in superiori episto-
la narrauit conquefiturque de perfidia &
improbitate rhodiorū. ¶ Sēsisbus: uolun-
tate snia. ¶ Cū his: rhodius. ¶ Quos. S.
P. q; rōa. scilicet habere hostes. ¶ Abfuit
¶ Statiōe habitatōe ē. n. statio locus cō-
moradi nō ppetuo: sed ad tps. Cōmeatu
allimētis cibariis. ¶ Nos: ipsi: ego q̄ eēm
magistratus p. ro. ¶ Ipsi: habet empha-
sim. ¶ Nauigiolis: paruis nauibus. ¶ In-
dignitatē. op. probnū de dec. ¶ Iuris nō
stri. i. officio & dignitatis q̄stura nostræ.
¶ Intereptis: ereptis tabellariis Dolo-
bel. ¶ Nullā mi. erat duū mili. am. i. nul-
la erat q̄ ad minus nō cōtineret & caperet
duomilia amphorarū magnitudo enim
nauū solet maxie a nūero aphoray defi-
gnari: ē at amphora genus uasis uarii: n̄
at frumētariū duū uero syncopai tantum
mō in neutro genere. ¶ Cōtractas: colle-
ctas. eius dolo. ¶ Obsideri. f. cognouera-
mus. ¶ Percitus cōmor. ¶ Ad illorū uo-
luntatē: cū ipsi uoluerūt. ¶ Egi: dixi. ¶ In-
staret imineret. ¶ Latro. Dolob. ¶ Ordī-
num. o. magistratuum romanorū. ¶ Pro-
pense: uehementer inclinata & cum ani-
mi affectione. ¶ Patientiam se. ma. id est
quod senatus possit adhuc pati Dolo-
bel. & Anteniū perfidiam nec quisquam
auderet ipsum Dolob. consul. ro. hostem
iudicare. ¶ Improbi fin. f. quod nos ex
nostra uoluntate non ex senatusconsulto
persequeremur ipsum Dolob. ¶ Quam-
que ue. fa. erant: quod senatusconsulto
essent iudicati hostes Antro. & Dolobel.
¶ Qua mē. subaudi fuerunt rhodi. quasi
dicat perfidissima etiam ante nostrū ad-
uentum: & hic est uerus sensus: quidam
aut hūc locū falsa q̄dam interpretatōe
ita peruerterant: ut ne se quidem ipsi in-
telligerent. ¶ Binæ lega. probatio quod
pessima mente essent: q̄ contra leges su-
as miserant duas legationes ad Dolob.
postq̄ Trebonius fuerat interfectus iussu

Salscent

Morari

Statio
Cōmea-
tus.

Epistolarum & familiarium

Dolob. ut diximus quem ex eo debeant cognoscere esse hostem populi roma.

¶ Nouo inuitato. ¶ Hæc: quæ ab his facta dixim? ¶ Siue ti. dicit causas quare illi eas fecissent. sicut timore aut furore ipsi autem dicebant se fecisse timore: propter agros quos incontinenti habebant ne a dolob. uastarentur. ¶ Incontinenti: in terra sita: cui contrarium & ferre correlatiuum est insula. ¶ Viros ei. patrem meum & pompeium & L. Lentulum: de quibus supra dictum est. ¶ Et nunc maximos magistratus gerentes. i. nos & proconsules romanos contumelia affecerunt. ¶ Ille parricida: Dolob. ¶ Ipsi magistratus: rhodiorum. ¶ Veniebant in suspicionem erant suspecti. ¶ Demorati esse idest tenuisse nos in mora. ¶ Res: effectus. ¶ In quibus: onerariis nauibus. ¶ Colligendis: congregandis. ¶ Dominis ipsarum nauium idest mercatoribus. quorum erant. ¶ Desiuimus: omisimus quia uidemus non esse opus timere receptis nauibus onerariis: quas ille habuerat. ¶ Sydam quæ urbs est litæ portum habens: ut alibi supra diximus. ¶ Disiectis: dissipatis dispersis. ¶ Præstiterunt seruauerunt noluerunt eadare dolo. ¶ Scelere perfidia. ¶ Deferentes ipsi do. ¶ Coniuncti sunt cum scelerato do. oblatione pecuniæ publicæ. ¶ De qui. qui detulerant pecuniã Dolob. ¶ Constitueritis: iudicaueritis. ¶ Firmaueritis firmiorem reddideritis approbando quæ fecerim. ¶ Exacta: ne amittantur sicut amissa sunt reliquæ. Voluntarium promptum. ¶ His litteris: quum iam esset clausurus epistolam adiunxit hanc particulam de his: quæ a quibusdam militibus Dolob. intellexerat. ¶ Pamphiliam: regionem utcinam syriæ

Incontinē
ti

¶

¶

ad Dolo. legationes eorum quidem nouo exemplo contra leges ipsorum. prohibētibus. iis qui tum magistratus gerebāt. Hæc siue timor ut dictitant de agris quos incontinenti habent: siue furor: siue patientia paucorum: qui & ante pari contumelia uiros clarissimos affecerant: & nunc maximos magistratus gerentes: nullo exemplo neque nostra ex parte neque nostro presentī neque imminenti italiæ ubique nostræ periculo: si ille parricida cum suis latronibus nauibus ex Asia Syriæque expulsus italiã petisset mederit: quum facile posset uoluerunt. Nonnullis etiam ipsi magistratus ueniebant in suspicionem detinuisse nos & demorati esse dum classis Dolobel. certior fieret de aduentu nostro. Quam suspitionem consecutæ res aliquot auxerunt maxime quod subito ex Licia. S. Marius & C. Titius legati Dolobella a classe discesserunt: nauique longa profugerunt: onerariis relictis in quibus colligendis non minimum temperis laborisque consumpserunt. itaque quum a rhodo cum quas habueramus nauibus in Liciã uenissemus: naues onerarias recepimus: dominisque restituimus idemque quod maxime uerebamur ne posset Dolobella cum suis latronibus in italiã uenire timere desiuimus: classem fugientē persecuti sumus usque in sydam: quæ extra mare regio est prouinciæ meæ. Ibi cognoui partem nauium Dolobellæ dissiisse: reliquas syriam egyptumque petiisse. Quibus disiectis cum scirem. C. Casti singularis ciuis & dulcis classem maximam fore præsto in syriam ad meum officium reuerti: daboque operam ut meum studium diligentiam uobis patres consc. reique pub. præstem: pecuniamque quam maximam potero: & quam celerime cogam: omnibusque rationibus ad uos mittam. Si percurrero prouinciã. & cognouero qui uobis & reipubli. si dem præstiterunt in conseruanda pecuniã a me deposita quæque scelere ultro deferentes pecuniam publi: hoc munere societatem facinorum cum Dolobella inierunt: faciam uos certiores. De quibus si uobis uidebitur: si ut meriti sunt grauius constitueritis: nos quæ uestra auctoritate firmaueritis facilius & reliqua exigere uectigalia: & exacta seruare poterimus. Interea quo commodius uectigalia tueri: prouinciãque ab iniuria defendere possim: præsidium necessarium uoluntariumque comparauī. His litteris scriptis milites circiter .xxx. quos Dolobel. ex asia conscripserat: e syriã fugientes in pamphiliã uenerunt: hi nunciarunt Dolobel. antiochiã qui in syriã est uenisse non receptum conatum esse aliquotiens uī introire: repulsum esse semper

¶ Relictis agris labore confectis & uulneratis. ¶ Discessisse. s. nunciauerunt. ¶ Illi ut antiochia. ¶ Dicebant id est illi milites. xxx. qui fugerant a Dolob. in pamphiliam. ¶ Iter quadridui id est tantum quantum tribus diebus posset ire. ¶ Celerius op. citius quam putabamus de antiochia laodicea : & de amano : & cæteris his locis diximus plene libro tertio.

cum magno suo detrimento. Itaq; cætum circiter amissis: agris relictis noctu antiochia profugisse Laodiceam uersus. Ea nocte omnes fere asiaticos milites ab eo discessisse: & ex his ad octingentos antiochiam redisse: & se his tradidisse: qui a cassio relictæ urbi illi præerant. Cæteros per amanum in ciliciam descendisse: quo ex nûero se quoque esse dicebant. Cassium autem cum suis omnibus copiis nunciatum esse quadridui iter a laodicea abfuisse: tū cum Dolob. eotenderet. Quamobrem opinione celerius confido sceleratissimum latronem pœnas daturum. iiii. nonas iunias Pergæ.

Trebonius. M. C. S. D.

SI uales bene est: ego quidem ualeo. Athenas ueni ad. xi. Calen. iunias: atq; ibi quod maxime optabam uidi filium tuum deditum optimis studiis: summaq; modestiæ fama. Qua ex re quantam uoluptatem caperim scire potes etiam me tacente. Non. n. nescis quanti te faciam & quã p. nostro ueterrimo uerissimoque amore omnibus tuis etiam minimis commodis non modo tanto bono gaudeam. Noli putare mi. Ci. me hoc auribus tuis dare. Nihil adolescente tuo atque ideo certe nostro (Nihil enim mihi a te potest esse seiunctum) aut amabilius omnibus his qui athenis sunt: est aut studiosius earum artium: quas tu maxime amas: hoc est optimarum. Itaq; tibi quod uere facere possum libenter quoq; gratulor: nec minus etiam nobis: quod eum quem necesse erat diligere qualiscunq; esset talem habemus ut libenter quoq; diligamus. Qui quum mihi in sermone iniēcisset se uelle asiam uisere: non mō inuitatus: sed etiam rogatus est a me: ut id potissimum nobis obtinentibus puinciã faceret: cui nos & charitate & amore tuum officiũ præstaturus non debes dubitare. Illud quoque erit nobis curæ: ut Cratippus una cum eo sit: ne putes in asia feriatum illũ ab his studiis: in quã tua cohortatiõe incitatur: futurũ. Nã illum paratũ ut uideo & ingressum pleno gradu: cohortari nõ intermitteremus quo indies longius discendo exercendoq; se procedat. Vos quid egeritis in republ. quum has litteras dabam: non sciebam. Audiebam quãdam turbulenta quæ. s. cupio esse falsa: ut aliquando ociosa libertate fruamur: quod uel minime adhuc mihi contigit. Ego tamen nactus iu nauigatione nostra puxillum laxamenti: concinnaui

¶ Thenas. Cum occiso Cæ. eius per a cussores in uarias prouincias quæ ex senatusque consulto ei decretæ fuerant proficiscerentur. Trebonius asiam petens cum iter per Athenas faceret: ubi. M. Cice. ciceronis filius sub Cratippo philosophorum eius ætatis principe philosophiæ operam dabat: scribit ad Cice. se uidisse eius filium quem summo opere laudat: quod & optimis studiis deditus esset ut eum omnes ualde molestum prædicarent: qua de re ei gratulatur. Deinde dicit: quod cum quibusdam coniecturis intellexisset eum cupidum uisendi Asiam: inuitauit eum: & hertatus est ut id faceret interea dum ipse Trebonius ei prouinciæ præfesset: se enim habiturum eum loco filii curaturumque: ut & Cratippus una iret: ne interea tempus amitteret. Deinde dicit se audisse quãdam turbulenta fuisse in urbe quæ falsa esse cupit. Postremo dicit se quibusdam uersiculis inscriptis ad Cicero. inuectum esse in Cæ. imitatione Lucili satyrici poetæ: cum ipse haberet multo iustiorẽ causam inuehendi libere in Cæsarem oppressorem propriæ patriæ quam ille in quosdam ciues aliquo scelere pollutos: rogatque ut eum inerat sermone suis & scriptis: sicut ei pollicitus est.

¶ Quod: quam rem scilicet uidere filium tuum deditum optimis studiis. ¶ Summa fama. pro summe famæ: ablatius pro genituo id est de quo omnes optime loquuntur esse modestissimum: duo autem dixit in eo fuisse quæ maxime probantur in adolescente: studium bonarum artium & modestiam. ¶ Non modo pro nedum. ¶ Dare auribus tuis: demulcere aures tuas: tibi assentiri. ¶ Atque. n. enim quasi quãdam correctio. ¶ Nihil ratio quare dixerit nostro.

¶ Seiunctum separatum quod non sit utriusque. nam amicorum omnia communia.

¶ Necessè quia cum te diligam necesse erat res tuas qualescunq; diligere. ¶ Iniecit latenter significasset. ¶ In ser. interloquendum. ¶ Nobis ob. id est dum ego præfessim illi prouinciæ. ¶ Tuum paternum. ¶ Feriatum ociosum. nam ferias antiqui festa uocabant. ¶ Ingressum qui iam incipit.

¶ Pleno gra. id est citato gressu: translatis sumpta a uiatoribus uel ab equis. ¶ Procedat lon. progrediatur ulterius ad maiora.

¶ Turbulenta credo intelligendum de Mar. Anto. qui cum primum ostendisset se defensorẽ rem libertatis: postea conceitauit populum contra interfectores: ut sæpius supra diximus. ¶ Ociosa: quieta pacifica. ¶ Quod. ut fruamur ociosa libertate. ¶ Laxamenti recreationis. ¶ Concinnaui: composui: confeci du

Epistolarum Familiarium

Concin-
nare

Lucilius
Auruncii
Aufonii

estur autem concolorare non a cano: quia non posset geminare sed a con & cino: quod erat pottonis genus ex multis liquoribus confectum. **T**ibi ad te $\lambda\lambda\sigma\iota\delta\epsilon\pi\tau\omicron\alpha\ \rho\omicron\epsilon\alpha$ id est turpior: petulantior. nam $\tau\omicron\sigma\delta\epsilon\pi\alpha\kappa\epsilon$ id est turpi- ter & inhoneste agere significat: alius codex habebat $\epsilon\rho\eta\tau\omicron$ quod significat similitior. **N**os uidi. nos excusabit & liberabit reprehensione. **E**t ei. qui cum debeant tueri libertatem patriam eam opprimunt. **D**einde: alia probatio Inia suae loci ab exemplo. **Q**uid unde qua eam ut Hora. Qui sit Moxenas. **I**n eos. q. l. carmine Iuo ut Lupum & Mutuum & alios ex primoribus urbis: de quo Persius. Secuit Lucilius urbem te. Lupe te Muti: & genuinum flegit in illis: fuit autem ex artificis: qui & Aufonii dicuntur populi Italiae ut exponit Seruius super illud Virgili Arucaeque manus: & primus scripsit satyram apud Latinos: ut ostendit Hora. in sermonibus & Iuue. Cur tamen hoc potius libeat decurrere campo. Per quem magnus equos arucae flexit alumnus. **I**ncurreret inueheretur: impetum faceret oratione sua. **F**er te habere nominando me & immiscendo me ei consilio. **R**ei caedis caesaris cuius fueris conscius.

Rata est: Post uictum Pompeium cum Caesare rerum potiretur Cornificius uir doctissimus: & praecipue in poeticis clarus lybiae praepositus fuit: cui et praefuit post mortem Caesa. ut quibusdam epistolis infra uidebimus: cum igitur scripsisset ad Cice. dicit Cicero sibi gratum esse: quod ex eius litteris cognouit eum sui maiorem esse & se ab eo amari: rogat autem eum ut pergat. Deinde cum audiisset quosdam tumultus fuisse in Syria dicit se magis timuisse eius causa quadam sua: ostenditque ocium esse romae non satis honestum Caesare omnia faciente: non solum pro libidine sua uerum etiam arbitrio eorum: quos habuit adiutores suae uictoriae: Postea monuit eum sese scripsisse librum de optimo genere dicendi: cui rogat ut faueat ex animo polliceturque se daturum exemplum ipsius libri domesticis Cornificii: ut illum transcribant: & ad eum mittant Postremo declarat quam opinionem habeat de eius ingenio: studiis optimis & dignitate. **M**emoria nostri quam de nobis habes. **D**e constantia qui perseueres. **P**ropriam propinquiora quam syrtam uicinior est lybiae quam romae. eum autem praefuisse lybiae ostendit Appianus: & infra epistola quae incipit. C. Anicius. **S**alubre uultu id est ita ut melius esset habere aliquod honestum & utile negotium & laborem: quam tale ocium quod est contra dignitatem nostram. **M**alis pro malis aliquis. Secunda persona pro tertia eleganter posita: ut saepius diximus. **O**ccasionem quia nihil aliud habeo quod curem. **D**e optimo genere dicendi quod opus inscribitur ad Brutum elegantissimum & utilissimum ut titulus ipse declarat. **A** n. m. i. a me non indocto uitauit arrogantiam: & tamen modestie de se locutus est ut neque doctum neque indoctum se diceret. **S**uffragare faueas. **G**ratia quae non sit tibi gratus. neque placeat. **R**em opus ipsum. **Q**uicquid qualecunque sit. **O**mnium mo. quia omnes solent ita facere et si non dubitent de amicis suis. **D**e spe

tibi munusculum: ex instituto meo & dictum cum magno numero in honore a te dictum conclusi: & tibi infra subscripti in quibus uersiculis si tibi quibusdam uerbis $\epsilon\upsilon\omicron\upsilon\ \mu\omicron\omicron\epsilon\omicron\tau\epsilon\ \rho\omicron\sigma\tau$ uidebor. turpitudine personae eius in quam liberius iuehimur: nos uendicabit: ignoscet etiam iracundiae nostrae quae iusta est in eius modi & homines & ciues. Deinde quid magis hoc Lucilio licuerit assumere libertatis quam nobis. quum etiam si odio par fuerit in eos quos laetit: tamen certe non magis dignos habuit: in quos tanta libertate uerborum incurreret. Tu sicut mihi pollicitus es: adiunges me quamprimum ad tuos sermones. Namque illud non dubito: quin siquid de interitu caesaris scribas: non patiaris me minimam partem & rei & amoris tui ferre. Vale: & matrem meosque commendatos habe. Data. viii. calen. iunias. Athenis.

M. C. Cornificio collega. S. D.

GRata mihi est uehementer memoria nostri tua: quam significasti litteris: quam ut conserues: non quod de tua constantia dubitem: sed quia mos est ita rogandi: rogo. Ex Syria nobis tumultuosiora quamdam nunciata sunt: quae quia tibi sunt propiora quam nobis: tua me causa magis mouent quam mea. Romae summum ocium est: sed ita ut malis salubre aliquod & honestum negotium: quod spero fore: quia uideo id curae esse Caesari. Me scito dum tu absis quasi occasionem quandam: & licentiam nactum scribere audacius: & cetera quidem fortasse quae etiam tu concederes. Sed proxime scripsi de optimo genere dicendi: in quo saepe suspicatus sum te a iudicio nostro sic. s. ut doctum hominem a non indocto paululum dissidere: huic tu libro maxime uelim ex animo si minus gratiae causa suffragere. Dicam tuis ut eum si uelint describant: ad teque mittant. Puto enim etiam si rem minus probabis: tamen in ista sollicitudine quicquid a me profectum sit: iucundum tibi fere. Quod mihi existimationem tuam dignitatemque commendas: facis tu quidem omnium more. Sed uelim sic existimes mecum amoris: quem inter nos mutuum esse intelligis: plurimum tribuatum de summo ingenio & de optimis tuis studiis & de spe amplissimae dignitatis ita iudicare: ut neminem tibi antepo- nam: comparem paucos.

M. C. Cornificio collega, S. D.

Quod extremū fuit in ea epistola: quā a te proximē accepī: ad id primum respondebo. Anīmaduertī enim hoc uos magnos oratores facere: non nunquam epistolas requiris meas: ego autem nunquam cum mihi denunciātū esset a tuis ire aliquem non dedi. Quod mihi uideor ex tuis lris intelligere te nihil commissurum esse temere. Nec anteq̄ scisses quo iste nescio qui Cæcilius Bassus erumperet: quicq̄ certi: constituturum: id ego speraram prudentia tua fretus: & ut considerem fecerunt tuar gratissimā mihi litterar: Idq; ut facias quam sapissime & ut quid tu agas: & quid agatur scire possim: & etiā quid actur⁹ sis: ualde te rogo. Et si periniquo patiebar animo te a me digredi: tamē eo tēpore me cōsolabar: quod & in summum etiā ocium te & ire arbitrabar: & ab impēdentibus magnis negociis discedere. Vtrūq; contra accidit. Istic enim bellum est exortum: hic pax est consecuta: sed tamen huiusmodi pax in qua si adesses: multa te non delectarent: ea tamen quæ nec ipsum Cæsarem quīdem delectant. Bellorum enim ciuiliū hī semper exitus sunt: ut non ea solum fiant quæ uelit uictor: sed etiā ut hīs mos gerendus sit: quibus adiutoribus parta sit uictoria. Equidem sic iam obduruī ut ludos Cæsaris nostri acquissimo animo uiderem. T. Plancum audirem Laberii & Publii poemata. Nihil mihi tam deesse scito: q̄ qui cum hac familiariter doctēque rideam. Is tu eris si quā pri mum ueneris. Quod ut facias non mea solum sed etiā tua interesse arbitror.

Vale.

M. C. Cornificio, S. D.

Identissime legi tuas litteras: in quibus iucundissimum mihi fuit quod cognoui meas tibi redditas esse. Non enim dubitabam quin eas libenter lecturus esses: uerebar ne redderentur. Bellum quod est in Syria: syriamque prouinciā tibi tributā esse a Cæsare ex tuis litteris cognoui: eandē rem tibi uolo bene & foeliciter euenire. Quod ita fore confido fretus & industria & prudentia tua. Sed de parthici belli suspitione quod scribis sane me commouit. Quantum copiarum haberes cum ipse coniectura consequi poteram tum ex tuis litteris cognoui. Itaque opto ne se illa gens moueat hoc tempore dum ad te legiones ex parducantur: quas audio duci. Quod si pares copias ad consligen

amplissimæ digni. quod sit futur⁹ multo maior q̄ es.

Quod extremum. Responsua est hæc epistola in qua primum se excusat Ci. apud Cornificium requirentem eius litteras q̄ nunq̄ prætermisit aliquem: quem sciret ad eum iurum: cui litteras non dederit. Deinde dicit q̄ ex eius prudentia sperant eum facturum. Postea uero quod etiā in superiori epistola se cit. damnat ocium. quod erat in urbe roma: quod sit: contra dignitatem optatq; ipsum Cornificium adesse quo cum ridere possit. q̄ in urbe sunt. **¶** Facere hoc. ut muretis ordinem. & respondeatis primum iis. quæ erāt extrema in epistola amici. **¶** Vos assentatur ei. Fuit autem Cornificius & erator & poeta. ut Oui. memorat. **¶** Ego autem ordo ē. ego autem nunq̄ non dedi cum esset denunciātū mihi a tuis aliquem ad te ire. **¶** Quod respondet ad aliam partem epistolæ Cornifici quæ dixerat se fore cautum nec quicquam temere & inconsiderate facturum q̄ Cicero se semper sperare dicit fretum eius prudentia. **¶** Quod que erumperet. quo euaderet. quorsum conatus suos dirigeret. **¶** Ille nescio qui cum contemptu dixit. **¶** Cæcilius Bassus hic erat in Syria. ut supra uisum est: conicimus autem eum aliquid conatum esse: contra cornificiū. **¶** Et si nunc damnat ocium urbis. **¶** Digredi discedere. **¶** Eo tempore cum discedebas. **¶** Impendentibus imminentibus. ut arbitraris q̄ remanserunt in urbe. **¶** Contra alter atq; arbitratus sum. **¶** Istic declarat quare utrunque contra acciderit. **¶** Istic prouincia tua. quia Sextus qui lybie quæ noua dicitur præfectus erat. Cornificium ex ueteri Lybia expellere conabatur. ut scribit Appianus libro quarto apud quem usde plura de his bellis. **¶** Ne ipsum quidem cæsarem auctorem huius pacis. **¶** Obduruī assuefactus sum. & ut ita dicam callum feci. **¶** T. Plancum hunc intelligimus. histriōnem egisse.

¶ Laberii & Publii hī minographi fuerunt. ut alio loco diximus de Laberio. fuit autem æques Romanus. Tam deesse mihi taz desiderari a me. **¶** Doctē sine scurilitate ingenis scommatibus. **¶** Is qui cum rideam.

Identissime. Cū cæsar p̄fecisset Cornificium Syrie in ea quæ tūmeretur aut certe iam esset bellum optat Cice. eam rem illi foeliciter euenire: postea uero cōtra bellum parthicū monet quomodo agere debeat. ostenditque se cupidum esse scire: quid egerit. **¶** Volo cupio. **¶** Quod. ut tibi bene & foeliciter eueniat. **¶** Fretus cōsiliis. **¶** De su. bel. par. scripserat enim se suspicari parthos moturos esse bellum. **¶** Cum idem &c. **¶** Illa gens parthorum. **¶** Dum donec

Digredi

Obduruī

Epistolarum familiarium

¶ Pares æquales parthis. ¶ Vt cons. M. Bibuli. i. facere sicut fecit Bibuli. ¶ Oppido munitissimo Antiochia cum presul
set Syria: ut usum est li. ii. ¶ In pro. in Syria expulit autem eos Cassius: ut usum est. ¶ Ex re ut videbis rem indigere
consilio. ¶ Constitues consilium capies. ¶ Vtque sp. assidue. ¶ Idem fa. ut des ad me litteras oibus qbus dare poteris.

Rara: Cum proficisceretur Cornificius per campaniam noluit diuertere in Sinuessanū uillam. ¶ Quare Clau
g cans dicit uillam suam paruam non passuram hanc iniuriam: nisi recompensauerit oia in cumano & pompeia
no. Postremo rogat cornificium: ut se litteris laceffat: se enim facilius posse tridere quā prouocare pp. occu. auo
nes sed si fuerit ignauus in scribendo: se ultro
eum prouocaturum: ne & ipse iners fiat.

¶ Diuersoriolū hospitoliū. ¶ Sinuessanū est
aut Sinuessa ciuitas mediterranea campa
niæ. uno saltis abundans: q̄ Sinuessanum di
ctur. ¶ Villa pu. s. Sinuessanū. ¶ Cumano &
pō. uilis meis de cumano alio loco diximus
plentius πρὸς τὸ πρῶτον: id est omnia
de omnibus est autem prouerbialiter dictū. i.
nisi de oibus & singulis: in qbus defecisti in
sinuessano satisfacias: in cumano & Pompe
iano quo uelim diuertas. ¶ Laceffes. prouo
cabis ad scribendum. ¶ Vtes. s. cessator. uel
piger. ¶ Incertam. s. mihi. ¶ Plura scribam.
¶ Exarati scripsi sed scribere est etiam ex in
genio facere exarare uero tantum figuras lit
terarum facere quasi ergo hæc non sit episto
la: dixit exarati: & non scripsi.

Antius. Cōmendat Cicero hac epix
c. stola Cornificio præfecto aphricæ
C. Antium familiarē suum proficiscē
tem legatum in eam prouinciam pp. negocia
quedam sua. Rogat aut Cornificium ut euz
oibus rebus adiuuet: ut possit negocia sua
cōmodissime conficere deinde comm. ndat
etiam eius dignitatem rogans ut ei lictores
det: q̄ se sua sponte facere consuetum esse di
cit: cum præfuisset cilicia: quia intellexerat
summos uiros id fecisse. ¶ Omnibus rebus:
uirtutibus doctrina ingenio nobilitate, & cæ
teris similibus. ¶ Libera larga: quia non est
prescripium tantum unum negocium agen
dum. sed quicquid necesse fuerit in prouin
ciam. ¶ Non rogatus: sponte mea. ¶ Ace
peram intellexeram. ¶ Facies hoc: ut des ei
lictores: de qua dictione alio loco plene di
ctum est.

Os hic. Occiso Cæsare scribit Cte.
n se habere magnum negociū & bel
lum cum. C. Antonio. M. Antoni
fratre. sed se agere uerbis: illum armis: dicit
etiam eum oblocutum esse de Cornificio: de
inde ostendit omnia oppressa esse deesseque
decem uiris bōis & patriæ defensoribus. Bru
tos enim & cassium & cæteros interfectores
Cæsaris abesse a patra: se autem defensurū
rempubli. quantum in se erit. Deinde dicit qd
decretum sit a senatu de prouinciis in quas
quidam uolebat nouos successores mitti: qd
dicit Cice. non placuisse senatui se ita sentien
te: ne prouinciæ traderentur: nisi iis qui ex se
natusconsulto missi essent ad succedendum.

Superiores omnes epistolæ ad Cornificium utduntur scriptæ fuisse ante mortem Cæsaris: sequentes uero post eius mor
tem. ¶ Collega nostro: non in auguratu: ut quidam falso putant. sed collega quondam scilicet in consulari meo op
pressi. ¶ Catullam tunc enim. C. Antonius collega fuit Ciceronis. ¶ Uerbis. s. gerimus bellum. ¶ Contra arma.
quia ille telis mihi minatur. & sic est declarationis imparis contentionis. ¶ Cōcionatus: est orationem habuit.

Cōstitue
re
Vtque
Diuerso
riolum
Sinuessia

Laceffe
re
Scribere
Exarare

dum non hebis: non te fugiet uti consilio. M. Bibuli cui se
oppido munitissimo tādū tenuit: q̄diu in puincia parthi
fuerunt. Sed hoc melius ex re & ex tēpore constitues Mi
hi quidem usque cura erit quid agas: dum quid ageris sci
ero. Litteras nunquam ad te habui cui darem: quin dedex
rim. A te ut idem facias peto. In primisque ita ut ad tuos
scribas: ut me tuum sciant esse.

M. C. Cornificio collega. S. D.

GRata mihi tuæ littera: nisi quod Sinuessanum
diuersoriolum contempsisti. Quam quidem cō
tumeliam uilla pusilla iniquo animo feret nisi
in cumano & Pompeiano re. Idideris πρὸς τὸ πρῶτον
Sic igitur facies: meq; amabis: & scripto aliquo laceffes.
Ego enim respondere facilius possem quam prouocare.
Quod si ut es cessabis: laceffam: nec tua ignauia etiam in
ertiam asferet: plura ociosus. Hac cum essem in senatu ex
arauī.

M. C. Cornificio. S. D.

Aius Anitius familiaris meus uir omnibus re
c bus ornatus: negociorum suorum cā legatus est in
aphricā legatione libera. Eum uelim rebus oibus
adiuues: opamq; des: ut quā commodissime sua negocia
conficiat: Imprimisq; quod ei carissimum est: dignitatem
eius tibi cōmendo. Itaq; a te peto: quod ipse in puincia sa
cere sum solitus: non rogatus: ut omnibus senatoribus li
ctores darem quod idem acceperam: & id cognoueram a
summis uiris factitatum. Hoc igitur mi cornifici facies:
cæterisq; rebus eius dignitati rei; si me amas consules Id
erit mihi gratissimum. Da operam ut ualeas.

M. C. Cornificio. S. D.

NOs hic cum homine gladiatore omnium nequif
simo collega nostro Antonio bellum gerimus
sed non pari conditione: cōtra arma uerbis. At
etiam de te cōcionatus est nec impune: nam sentiet quos

Cōiectu
ra
Tyrāno
ctōni

lacefferit. Ego autem acta ad te omnia arbitror perferibi ab aliis. A me futura debes cognoscere: quorum quidem non ē difficilis coniectura. Opprassa omnia sunt: nec habet ducem boni: nostriq; tyrānoctōni longegentium absunt. Pansa & sentit bene & loquitur fortiter. Hyrtius noster tardius conualescit. Quid futurum sit plane nescio. Spes tamen est una aliquando po. ro. maiorum similem fore. Ego certe reipub. non deero: & quicquid acciderit a quo mea culpa (absit) animo forti feram, illud profecto quo ad potero tuam famam & dignitatem tuebor. Ad. xiii. calen. Ianuarias senatus frequens mihi est assensus: tu de ceteris rebus magnis & necessariis: tum de prouinciis ab his qui obtinerent retinendis neq; cuiquam tradendis: nisi qui ex senatusconsulto successisset. Hæc ego tum reip. causa censui: tum mehercule imprimis retinendæ dignitatis tuæ. Quamobrem te amoris nostri causa rogo: reipu. causa hortor: ut ne cui quicquam iuris in tua prouincia esse patiāre. Atq; ut omnia referas ad dignitatem qua nihil potest esse præstantius. Vere tecum agam ut necessitudo nostra postulat. In sempronio si meis litteris obtemperasses: maximam ab omnibus laudem adeptus esses. Sed illud & præterit & leuius est. Hæc magna res est. Fac ut prouinciam retineas in potestate reipublicæ. Plura scripsissem: nisi tui festinarent. Itaq; Charippo nostro me uelim excuses.

M. C. Cornificio. S. D.

Mnem conditionem imperii tui statuntque prouinciæ mihi demonstrauit Tratorius. O multa intollerabilia locis omnibus. Sed quo tua maior dignitas eo quæ tibi acciderunt minus ferenda. Neq; enim quæ tu propter magnitudinē animi & ingenii moderate fers a te: non ulciscenda sint etiam si non sunt dolenda. Sed hæc posterius. Vale.

M. C. Cornificio. S. D.

Erum urbanarum acta tibi mitti certe scio: quod ni ita putarem ipse perscriberem. Imprimisq; Casaris Octauiani conatū: de quo multitudinē fictū ab Antonio crimē uidetur: ut in pecunia adolecētis impetū faceret. Prudētes autē & boni uiri & credunt factum: & probant. Quid quæris? magna spes est in eo: nihil est quod non existimetur laudis & gloriæ causa facturum. Antonius autem noster familiaris tanto se odio esse intelligit: ut quū interfectores suos domi cōprehēderit: rē pferre nō audeat. Ad septimū idus Octobris Brundisium uenerat: pfectus obuiam legio

De te tibi detrahēdo. Quosiquales uiros. Quorū futurorū. Cōiectura: indicium ex quibusdam signis. Boni defensoris patriæ & libertatis. Tyrannoctōni: interfectores tyranni tyrannici dæ: scilicet Brutus & Cassius. Longegentium: pro longe. nam gentium adiutio est: sic nusquam locorum & nusq; gentium. Conualescit, quia solitus est esse timidus & perseuerat. Maiorum, qui ob animi magnitudinem seruitutem ferre non potuerunt. A quo mea culpa absit. in quo nulla sit culpa mea. Retinendis, in futurum. Retinendæ tuæ dignitatis ut non cogaris discedere: & ex magistratu fieri priuatus. Quicquid iuris aliquid potestatis. Vere, sincere sine simulatione. In sempronio: cui ut trades res prouinciam ad te scripserā. Illud: quo tardetur Sempronio. Magna res est, quia nescimus cui sit habendæ fides. Festinantem: acceleratent uenire. Charippo: ad quem pp festinationē tuorum scribere non potui: is erat amicus Ciceronis in Africa cum Cornificio.

Mnē, Scribit Cice. se intellexisse ex Tratorio quodā oēm conditionē prouinciæ cornificii: in qua intellexerat eum opprassum eē multa digna: quæ licet nō uideant ualde dolenda dicit tñ et eē ulciscenda deinde licet sciat Ci. acta rerum urbanarum mitti ad Cornificium, perferibit tñ multa quæ fiebāt & ab Anto. & ab Octa. de quo dicit magnā eē spem. An. aut magno esse odio omnibus: quæ dicit tērasse sollicitate pecunia legiōes quattuor quæ ex Macedonia ueniebāt: ut eas hēret ad oppressionē suæ ciuitatis: hæc autem mala dicit se ita ferre: ut ualde sit obligatus philosophiæ: quæ eum ab omni sollicitudine abducit. & arma contra impetus fortunæ, commēdat postremo diligentiam & prudentiā Tratorii in rebus cornificii. O exclamatis est. Sed quo dicit quod licet multis locis multa sint tollerabilia: tamen quanto maior sit dignitas cornificii eo minus ei ferēda esse quæ acciderunt intelligimus autem aliquas molestias sibi factas in prouincia quas Ci. Cornificio ulciscēdas eē dicit. Propter ma. ani. quia quanto quæque est maioris animi tanto moderatius fert iniurias & facilius remittit: ut & Aristoteles & cice. scribunt: & Qui in lib. quæ de tristibus appellant. Quo quisque est maior, magis ē placabilis ira. Et faciles motus mens generosa capit, ordo ē neque enim a te ulciscenda sunt: quæ tu pp magnitudinem ai & ingenii moderate fers. Posterius, s. scribemus. Conatū I. M. Anto. In. p. ado. ut usurparet pecunia Octauiani: quā cū An. uellet hēre

Epistolarum familiarium

dicebat se eam dedisse Dolobellæ per
fecto Syriae & legatis Popu. Roma.

¶ Credunt fa. suoluerit opprimere Anto.
¶ In eo: Octauiano. ¶ Noster fa. pu
ro ironice dictum. quia esset ab eis alte
rissimus. ¶ Interfectores: qui credebantur
missi ab Octauia. ¶ Ad. vii. calen.
hanc rem uide plenissime apud Appi.
¶ In cer. no. quasi iugum quoddam im
ponere ne possemus et resistere. ¶ Nul
lam par. reip. lanæ & saluæ idest incolu
mis nō dimittat. ¶ Id. s. sperare. ¶ Ab
ducit abtrahit de laudib? philosophiæ
& in officiis suis. & in tuseulanis quæstio
nibus & supra in multis epistolis multa
dicit. ¶ Quicquam a quo culpa absit. i.
in quo nō sit culpa nostra. ¶ Probassem
bonum iudicem.

Go. Scripta est hæc epistola
quo tempore Anto. obsede
rat Decium Mutinæ. Primū
ig tur scribit Cice. se assidue
curare & laudes & ornamenta Corni
ci. sed male quæ pro eo agit ab aliis eū
referri: q̄ ad se scribi. Deinde hortatur
eum ut incumbat in rempubl. ¶ Postea
tuo ostendit nihil esse certi Romæ: quā
nondum redierant legati qui ad Anto.
stierant denunciaturi ut desisteret ab ob
sitione: se autem dicit diligentissime sus
cepisse curam tuendæ libertatis. Postre
mo commendat ei. T. Pinarium quem
dam procuratorem cuiusdam Dionysii
ut amborum causa & Pinarium & nego
cia omnia: quæ procurat commendata
habeat. ¶ Animi scilicet magni: qui ma
xime probatur ex defensione reip. Spei
amplificandæ diuinitatis quia nihil ma
gis affert dignitatem q̄ protectio reip.
¶ Nuncio mandato. ¶ Paruisset Anto.
ut desisteret ab obsidione. ¶ Occasio
opportunitas. ¶ More meo: ut semper
confueui. ¶ Professus sum: palam obtu
li & exposui. ¶ Minimum: pusillum.
¶ Propter studia communia quia litte
ris & philosophiæ dat operā: sicut ego.
¶ Procurat gerit: inde procurator proprie
negociorum gestor: quem uulgus facto
rem appellat. ¶ Ea: negocia. ¶ Non de
beo: quia debent tibi esse commendata
sponse tua. ¶ Illum Pinarium. ¶ Studiū
fauorem.

nibus macedonicis. iiii. quas sibi conciliare pecuniā cogita
bat: easq; ad urbem adducere: & in ceruicibus nostris colloca
re. Habes formam reipu. si in castris potest esse respu. in qua
tuam uicem saepe doleo: quod nullam partem per ætatem sax
næ & saluæ reipub. gustare potuisti. Atq; ante in hac quidem
sperare saltem licebat: nunc etiam illud ereptum est. Quæ
enim est spes quum in cōcione dicere ausus sit Antonius Ca
nutium apud eos sibi locum quarere: quibus se saluo locus
in ciuitate esse non posset? Equidem & hæc & omnia quæ ho
minī accidere possunt sic fero: ut philosophiæ habeam max
gnam gratiam: quæ non modo me a sollicitudine abducit: sed
etiam contra omnes fortunæ impetus armat: tibiq; idem cen
seo faciendum: nec a quo culpa absit quicquam in malis nume
randum. Sed hæc tu melius. Statorium nostrum cum sp̄ pro
basssem: tum maxime in tuis rebus summam eius fidē diligen
tiam: prudentiamq; cognoui. Da operam ut ualeas: hoc mihi
gratius facere nihil potes. Vale.

M. C. Cornificio. S. D.

Go nullum locum pratermitto: nec enim debeo:
non modo laudandi tui: sed ne ornandi quidem.
Sed mea studia erga te & officia malo tibi ex tuor
rum litteris: quam ex meis esse nota. Te tamen hortor: ut oī
cura in rempu. incumbas. Hoc est animi: hoc est ingenii tui:
hoc eius spei quā habere debes amplificandæ dignitatis tuæ.
Sed hæc de re alias ad te pluribus: cum enim hæc scribebam:
in expectatione erant omnia. Nondum legati redierant: quos
senatus non ad pacem depræcandam: sed ad bellum denunciā
dum miserat nisi legatorum nuncio paruisset. Ego tamen ut
primum occasio data est meo pristino more rempubl. defen
dendi me principem senatui populoq; ro. professus sum: neq;
postea quam suscepī causam libertatis minimum tēpus ami
si tuendæ salutis libertatisque communis. Sed hæc quoque te
ex aliis malo cognoscere: Titum Pinarium familiarissimum
meum tanto tibi studio commendo: ut maiore non possim:
cui tum propter omnes uirtutes: tum etiam propter studia
communia sum amicissimus. Is procurat rationes negociarq;
Dionysii nostri: quem & tu multum amas: & ego omnium
plurimum. Ea tibi ego non debeo commendare: sed commen
do tamen. Facias igitur ut ex Pinarii gratissimi hominis lit
teris tuum & erga illum & erga Dionysium studium perspi
ciamus. Vale.

M. C. Cornificio. S. D.

Iberales: Docet Cice. q̄ diligenter egerit causam cornifici. & ut multū Cornifici litteræ approbatæ sint: quas pansa recitauerat. Deinde idem dicit eē decretum: de prouinciis retinendis: quod etiam dixit supra in alia epistola. Postea uero admittit excusationem quam ille de Sempronio fecerat. & ostendit defururum reip. quæ cuncta que fortuna futura sit: nec se defatigatum iri. Postremo commendat et quosdam amicos suos: qui habuerant hereditatem in Aphrica: quæ et impediētur a quodam Erote turri testatoris liberto.

Iberales lras accepit tuas: quas mihi Cornificius alter: qui censum hodie ut dicebat: reddidit. Eo die non fuit senatus neque postero. Quinquatribus frequenti senatu causam tuam agi: non inuita Minerua. Etenim eo ipso die senatus decreuit ut Minerua nostra custos urbis quæ turbo deiecerat restitueretur. Pansa tuas litteras recitauit. Magna senatus approbatio consecuta est: cum summo gaudio & offensione minotauri. i. clauis & tauri: factum de te senatusconsultum honorificum. postulabatur autem et ut illi notarentur: sed Pansa clamentior. Ego mi Cornifici quo die primum in spem libertatis ingressus sum: & cunctantibus cæteris ad. xiiii. cal. ianu. fundamenta reip. ieci eo ipso die prouidi multum atque habui rationem dignitatis tuæ. Mihi enim est assensus senatus de obtinendis prouinciis. Nec uero postea destiti labefactare eum qui summa cum tua iniuria contumeliaq; reip. prouinciã absens obtinebat. Itaque crebras uel potius quotidianas compellationes meas non tulit: seque in urbem recepit inuitus neque solum spe: sed certa re iam & possessione deturbatus est. Meo iustissimo honestissimoque conuictio te tuam dignitatem summa tua uirtute tenuisse: prouinciæque honoribus amplissimis affectum uehementer gaudeo. Quod te mihi de Sempronio purgas: accipio excusationem: fuit enim illud quoddam Græcum tempus seruitutis. Ego tuorum consiliorum auctor dignitatisq; fautor: iratus temporibus in Græciam desperata libertate rapiebar: quum me Ethesiæ quasi boni ciues relinquentē remp. prosequi noluerunt. Austerq; aduersus maximo flatu me ad tribules tuos Rhegium detulerunt: atq; inde uentis remisque in patriam omni festinatione properaui: postridieque in summa reliquorum seruitute liber unus fui. Sic sum in Antoniū inuectus: ut ille non ferret: omnemque suum uinolentum furorem in me unum effunderet: meque cum elicere uellet ad cædis causam tum tentaret infidiis: quem ego ructantē & nauseãtem confeci in Cæsaris octauiani plagas. puer enim egregius p̄sidium sibi primum & nobis deinde summa reip. cõparauit. Qui nisi fuisset: Antoniū reditus a brūdusio pestis patriæ fuisset. Quæ deinceps acta sunt: scire te arbitror. Sed redeamus

tur a quodam Erote turri testatoris liberto. **Liberale**: die festo liberti patris: sit qui putant principis huius epistolæ eē. **Litteras accepit**: liberalius autem si nem præcedens quod ego non probo. sed puto liberales esse principium huius epistolæ. **Altero**: uigesimo. i. quadragesimo. **Cornificius**: filius tuus. **Quinquatribus**: die festo Mineruæ de hac dictione plura diximus alio loco. **Non inui. mi.** non repugnante natura id est magna gratia & sapientia. **Minerua nostra**: nostrum ingenium: nostra consuetudo dicendi pro rep. sed alludit ad Miner. phidiæ quæ in arce posita erat tanquam custos urbis ita dicit suam Miner. custodem esse urbis. **Turbo**: impetus malorum. **Deiecerat**: oppresserat: terruerat: minis. **Restitueretur**: redigeretur in pristinum statum. **Pansa**: credo alium esse q̄ consulem. quoniam consul iam perierat: ut infra hac epistola. **Summo gaudio**. s. senatus. **Offensione molesta**: displicentia. **Minotauri** per contemptum appellauit Anto. minotaurum a similitudine feritatis. nã quod sequitur id est clauis & tauri non puto esse textum Cice. alius codex habet caluisti & tauri: quæ puto esse omnia propria sed non probo. **Clamentior** scilicet fuit: quia non sentiebat eos norãdes infamia. **Cunctantibus**: cessantibus. **Mihi est assensus senatus**: ut supra in epistola quæ incipit. Nos hic cum homine. **Labefactare**: commouere: a proposito auertere. **Eum non dicit q̄ fuerit**. sed intelligimus aliquem fuisse: qui nolisset succedere cornificio eo inuito sicut & Sempronius. de quo infra. **Compellationes sermones** repræhensiones. **Deturbatus deiectus**. Ut puppi deturbat ab alta. **Conuictio** repræhensione quod non diceret eum sibi appetere. quod erat tuum. **Tenuisse** conserualse. **Purgas excusas**. quod non tradideris et prouinciã. licet ex senatusconsulto eam peteret. ut penultima epistola huius li. uidebimus. **Fuit quoddam tempus** græcum seruitutis id est fuit quoddam tempus quo cum essemus in seruitute in græcia mallems uiuere. **Rapiebar. fetebar** celerrime ibam. **Quæ ethesiæ quasi bonos ciues** id est cum uertit Ethesiæ tanquam haberent sensum & essent ciues boni noluerunt me sequi quæ reliquebam remp. **Boni enim ciues** reliquētē rep. p̄seq. nō debēt sicut Cili Laelio de amicitia ostendit. De Ethesi diximus li. u. epistola ad Cæliū russū q̄ incipit.

Labefactare

Conuictiã

liquetē rep. p̄seq. nō debēt sicut Cili Laelio de amicitia ostendit. De Ethesi diximus li. u. epistola ad Cæliū russū q̄ incipit.

Epistolarum familiarium

Effunde
re
Ructus
Nausi
Nauca

Non potuit accuratius agi in fine. **CA**ster: uentus meridionalis: qui & nothus dicitur. **CA**dversus: contrarius navigationi meae. **CR**etulerunt: reportauerunt: retro iuxerunt. **CT**ribules: i. ad tuos q sunt eiusdem tribus in summa seruitute id est qui reliqui omnes essent serui ego solus; sui liberi qui sine ullo timore in Antonium reip. inimicum uehementissime inuectus sum. **CS**ic tanta contentione & uehementia orationis. **CV**iolentū: quia supra dixit cum euomuisse in senatu. **CE**ffundere: euomere. **CE**licere: trahere. **CT**ructantem: ructus emittentem sunt enim ructus crepitus uentosi. q ore emittuntur ob crapulam & nimiam repletionem. **CN**ausantem: nauicam habentem id est uomitum. Dicitur autem nauica a nauca quae est aqua de cortis: uel uertus sentina; licet Pomponius uideatur dicere nauicam a nauica dicta. **C**Qui: Octavianus. **CR**editus Antonius: a Brundisio fuisse pestis patria. i. Antonius a Brundisio reuersus: quo ruerat: ut supra uisum est. & scribit Appi. ut quattuor legiones ex macedonia redemptes sollicitare euerisset patriam: sed Octavianus ei resistit. **CS**tatui quod id est aliquid deliberaui. **CA**d pupi: in qua parte nauis solet stare gubernator quasi dicitur non in proram: ut regeris: sed in puppim: ut regas. **CV**na nauis comparat ut sepius notauimus supra rempubli. nauis. **CA**lieno: in eodem modo: quum maxime essent necessarii reipubli. **CA**missimus: fuerant enim interfecti in praelio Mutinensi. **CE**xplicata: quia sunt adhuc qui putentur recepturi Antonium: q propter Lepidam uidetur dixisse: qui ut supra diximus Antonium fugientem recepit. **C**n. Minutio: is tunc erat in Africa: puto autem cum esse quem postea praetorem urbis in foro concionantem: quum Antonius esset triumuir: milites Antonii intertulerunt. **C**Quintus Turius: ultima pars epistolae in qua commendat haeredes. **C**Qu. Tu. amicos suos & utros oprimos. **CC**aput: summa. **CE**rotem: nomen proprium liberti: graece autem significat amorem. **CA**uertere: auferre: eripere. **CH**aereditibus: quos Turius sibi instituit. **C**Quod ut. u. s. habere eos commendatissimos.

Excus Aufidius. **CC**om mendat Cice. Cornificio Sextum Aufidius equitem Romanum pro haereditate Turii obtinenda: pro qua etiam commendauit in fine praecedentis epistolae cum aliis cohaereditibus. **CA**ccedit ad proximos: id est inter proximos potest enumerari. **CE**st autem: laudat eum a moribus & a uirtutibus animi.

ad illud unde diuertimus. Accipio excusationem tuam de Sempronio: neq; enim statuti quid in tanta perturbatione habere potuisti. Nunc hic dies aliam uitam avertit: alios mores postulat: ut ait Teren. Quamobrem mihi Quinte conscende nobiscum: & quidem ad puppim. una nauis est iam bonorum omnium: quam quidem nos damus operam ut rectam teneamus: utinam prospero cursu. Sed quicumq; uenti erunt: ars nostra quippe non aberit. Quid enim praestare aliud uirtus potest. Tu fac ut animo magno sis & excelso: cogitesq; omnem dignitatem tuam cum repu. coniunctam esse debere. Publium Letulum mihi commendas: quem quibuscunq; in rebus poterit diligenter tuebor. Hyrtium quidem & Pansam collegas nostros homines in consulatu reip. salutare alieno sane ipse amissimus: repu. Antoniano quidem latrocinio liberata: sed nondum omnino explicata: quam nos si licebit more nostro tuebitur quae ad modum suauis iam defatigati. Sed nulla lassitudo impedire officium & fidem debet. uerum haec haecenus. ab aliis te de me quam a me ipso malo cognoscere. De te audiebamur ea quae maxime uellemus. De Cn. Minutio: quem tu laudibus quibusdam litteris ad caelum extulisti: rumores duriores erant: id quale sit omninoq; quid istuc agatur facias me uel certiorens. **CT**urcius qui in Africa negociatus est: uir bonus & honestus haeredes fecit similes sui Cn. Saturnium Sex. Aufidium. Cn. anneum. **CT**urcius. **CG**allum Lucilium Seruilium posthumum. **CR**ubellium: ex eorum oratione intellexi gratiarum actione eos magis egere quam commendatione. Tanta enim liberalitate se tua uos praedicant ut his plus a te tributum intelligerem quam ego auderem te rogare: audebo tamen scio. n. quantum mea ponderis commendatio sit habitura. quare a te peto ut ad eam liberalitatem qua sine meis litteris usus es: quam maximis his litteris cumulus accedat. Caput autem est meae commendationis ne patiatur Erotem turum. **CT**urcius libertum ut adhuc fecit haereditatem turianam auertere ceterisq; omnibus rebus habeas eos a me commendatissimos. Magnam ex eorum splendore & obseruantia capies uoluptatem. Quod ut uelis te uehementer etiam atq; etiam rogo. Vale.

M. Cicero Cornificio. S. D.

Extus aufidius & obseruantia qua me colit accedit ad proximos: & splendore equitis romani nemini cedit. Est autem ita temperatis moderatisq; moribus ut summa seueritas summa cum humanitate iungatur cuius tibi negocia q sunt in africa ita commendo: ut maiore studio magisue ex animo commendare non possim. per gratum

mihī feceris: si dederis operam ut intelligat meas apud te literas maximum pondus habuisse. Hoc te uehementer mi Cornifici rogo.

M. C. Cornificio. S. D.

Msentior tibi eos quos scribis Lilybeo minari istis poenas dare debuisse: sed metuisti ut ais ne nimis liber in ulciscendo uiderere. Metuisti igitur ne grauis ciuis: ne nimis fortis: ne nimis te dignus uiderere. Quod societatem reip. conseruandæ tibi mecum a patre acceptam re nouas gratum est: quæ societas inter nos semper mi Cornifici manebit. Gratum etiã illud quod tuo nomine gratias agendas non putas: nec enim inter nos id facere debemus. Senatus sapius pro dignitate tua appellaret: si absentibus consulis unquam nisi ad rem nouam cogereetur. Itaq; nec de se stertis. xx. nec de. x. agi quicquam nunc per senatum potest. Tibi autem ex senatusconsulto imperandum: mutuumq; sumendum ceseo. In republica quid agatur credo te ex eorum litteris cognoscere qui ad te acta debent prescribere: Ego sum spe bona consilio cura labore non desum. omnibus inimicis reipub. esse accerrimum hostem prame fero. Res neq; nunc difficili loco mihī uidetur esse: & fuisset facillima: si culpa a quibusdam abfisset.

M. T. C. Cornificio. S. D.

Non modo tibi cui oia nostra notissima sunt: sed ne minem in populo roma. arbitror esse: cui sit ignota ea familiaritas. quæ mihī cum. L. Lamia e: & enim magno theatro spectata est tum quum est ab Aulo Gabino consule relegatus q; libere & fortiter salutem meam defendisset. Nec ex eo amor inter nos natus est sed quod erat uetus & magnus: propterea nullum periculum pro me adire dubitauit. Ad hæc officia uel merita potius iucundissima consuetudo accedit: ut nullo prorsus plus homine delecter. Non puto te iam expectare quibus eum tibi uerbis commendem causam enim tantis amoris intelligis: quæ uerba desideret his me omnibus usum putabo. Tantum uelim existimes si negocia lamia procuratores: liberos: familiã quibuscũq; rebus opus erit: defenderis: gratius mihī futurum quã si ea tua liberalitas pertinuisset ad rem familiarem meam. Nec dubito quin sine mea commendatione: quod tuum e iudicium de hoibus ipsius Lamia cã studiosè omnia facturis sis. Quanquã erat nobis dictum te existimare alicui senatuscon. quod contra dignitatẽ tuam fieret: scribendo lamiam affuisse: q; oino consulis illis nunq; fuit ad scribendũ. Deinde omnia tum falsa senatus. deferebantur. Nisi forte illo Semproniano senatus.

2
Ssentior. Acceperat Cornificius quosdam qui Lilybeo oppido Sicilia minabantur: quos quum debuisset punire ubi acceperat. quia erant Romani: scripserat se maluisse mittere Romanis: qd factuz Cice. ascribit eius humanitati & clamentia. Deinde ostendit se recipere eum libenter socium in conseruanda rep. deinde quia petuerat Cornificius quasdam pecunias a senatu dicit Cice. nihil per se datum agi posse: hortatur autem ut sumat mutuum alicunde: postremo laudat Cice. officium suum erga rempublicam. Lilybeum: promontorium est Sicilia & oppidũ eiusdem nominis: de quo nunc intelligit. Date poenas: puniri. Nimis liber: nimis audax: nimis dissolutus. Grauis: acerbus. Nimis dignus te nimis iustus. Quod: respõdet alii parti. A patre: tuo. Tuo nomine: tua causa. Inter nos: amicos. Id: agere gratias. Aguntur enim gratie inter eos qui non sunt multum familiares. Appellaretur: postularetur. Vnquã: aliquando. Cogereetur: cõgregareetur. De se stertis quæ postulareras. Imperandum tibi idest a te imperium & magistratum gerendum. Mutuum se stertiorum: quibus opus est tibi. Præ me fero: ostendo: aperte declaro. Res: ut etoria nostra & bona constitutio reip.

Lilybeus

Agere gratias

2
Non modo. Commendat C. Cornificio. L. Lamiam amicissimum suum quem etiam pro alia causa commendauit li. x. Decio. B. Vbi easdem causas amicitia exposuit: quas etiam hic exponite commendat autem non solum eum: uerũ etiam negocia procuratores familiaz denique omnem. & diluit quandam suspicionem quam habuerat Cornificius: quod Lamia affuisset cuidam senatusconsulto describendo contra eius dignitatẽ: quod Cice. omnino negat. & etiam addit omnia senatusconsulta quæ tunc fiebant fuisse falsa. Spectata: probata cognita. Magno theatro pleno populo. Ex eo. quod defenderit salutem meaz. Vetus amor. noster. Consuetudo conseruatio. Quæ. u. q. d. uehementissima. His. o. s. u. uerbis quæ de siderant a causa talis amoris idest finge & existima me esse usum. Pertinuisset: præstita esset. Quod tutum est iudicium. idest pro eo iudicio quod iudicium habes de hominibus. Quamquam: incipit diluere suspicionem.

Epistolarum familiarium

¶ Nisi forte: genus est quoddam negandi factum fuisse aliquando ab alio: cum ostendimus suspicionem aliquam de nobis fuisse de eo: quod actum a nobis non sit: ut hic Semproniano quod est factum de Semproniano ut tibi in' prouincia succederet ut supra uisum est. ¶ Nec recentia: adhuc noua. ¶ Vsu: utilitati.

Ta ne. Huius epistolæ argumentum multiplex est: maxime circa finem. uariis enim rebus respondet Cice. quæ a Cornificio duabus epistolis scriptæ fuerant. primum enim se excusat Cice. quod a Cornificio fuerat accusatus nullas ad eum misisse epistolas nisi commendatitias pro litigatoribus: quia ut supra uisum est commendauerat omnes heredes.

Qu. Turii & seorsum Sex. Aufidium coheredem: commendauerat etiam quemdam Te. pinarium procuratorem & gestorem negotiorum Dionysii sibi amicis simi. postremo. L. Lamiam habentem et in eius prouincia negotia plurima. Itaque Cice. ostendit se scripsisse in alio genere multas epistolas. & multo plures quam ab eo acceperit: quum potius deberet prouocari ad scribendum ab ipso Cornificio: qui minus esset negotiosus: negotiorum suorum autem causas esse dicit reuocationem bellorum ciuiliu culpa & scelere Lepidi qui An. apud Mutina uictum & inermem fugientem recepit & cum eo se continxit. Postea uero accusat Cornificium. quod eodem exemplo ad se litteras dedisset. quo ad alios ad quos scripserat cum ipse Cice. proprias litteras ab eo expectauerit. Deinde dicit non posse et prouideri a senatu de pecunia quam petiuerat. quia omnia sunt turbulenta propter mortem consulum. & quum etiam senatus quærat pecunias. ut satisfaciat militibus excusat etiam nescio quid de Dionysio. cuius procuratorem ei supra commendauerat. Dicit etiam Luceium sibi a Cornificio commedatum. ut uisum est epistola quæ incipit. Liberalibus oportere romam uenire si uelit negotia sua se recte conficere. quem a se non minus amari dicit quam a Cornificio. Postremo quod sentiat de quibusdam quos exauctorauerat. & ex prouincia amouere uolebat & quod legatis suis lectores eripuisse. ¶ Ita ne scilicet dicis. uel est. ¶ Nemo ad te scilicet fert. ¶ Præter litigatores. quorum causas tibi tuendas commendo. ¶ Istæ scilicet litteræ litigatorum. ¶ Multæ pueri. ironice dictum. ¶ Voluminibus libris magnis scriptis. ¶ Oportebat dicebat. ¶ Vacas otium habes. ¶ Impudens qui cum sis in culpa me accusas: tales enim impudentes dicuntur. ¶ Desineor occupor. ¶ Ut enim probatio per similitudinem sumptam ab ægrotantibus quorum periculosior est morbus si postquam leuati esse putantur reciderint. ¶ De integro denuo. ¶ In eum morbum. ¶ Sic. adaptatio similitudinis. ¶ Laboramus negociis habemus & occupati sumus. ¶ Profligato confecto. ¶ Pene sublato. ¶ pp Antonium uictum. ¶ Renouatum scelere Dolobellæ quæ Antonium recepit. ¶ Non dubitabam. s. de amore tuo. ¶ Cherippus ut supra uisum fuerat in aphyrica cum Cornificio. quumque Romam uenisset exposuit qualis esset Cornificius erga eum. ¶ Aptum Modestum facetum eius contrarium est ineptus. ¶ Vltus hilaritatem quam uultu exhibes quum de me

me censes affuisse: qui ne Romæ quidem fui: ut tum de eo ad te scripsi te recetis. Sed hæc hæctenus. Te mi Cornificii etiam atque etiam rogo: ut omnia Lamiae negotia mea putes esse: curesque ut intelligat hanc commendationem maximo sibi usui fuisse. Hoc mihi gratius facere nihil potes. Cura ut ualeas.

Vale.

M. T. C. Cornificio. S. D.



Vpillius Cornelius quidā debebat pecuniaz. L. Titio Straboni. **C**Gallia: cui præerat Brutus. cunq; conuenisset Strabo debitorez suū sub Volcatio p̄tore urbano. Volcati causam remiserat in Galliam: ubi fuerat factum debitum ad quod

iunxeris: municipiumq; gratissimum beneficio tuo deuinxeris: mihi uero etiam gratius feceris. Quod cum semper tueri municipes meos cōsueuimus: tum hic annus præcipue ad meam curam officiumq; pertinet. Nam constituendi municipii causa hoc anno adilem filium meum fieri uolui: & fratris filium & M. Cæsium hominem mihi maxime necessarium. Is enim magistratus in nostro municipio: nec alius ullus creari solet: quos cohonestatis: Imprimisq; me: si resp. municipii tuo studio diligentia bene administrata erit. Qd̄ ut facias te uehementer etiam atq; etiam rogo. Vale.

M. C. Bruto, S. D.



Lia epistola cōmuniter commendauit tibi legatos arpinatum ut potui diligētissime ac separatim. Qu. Suffidius: quo cum mihi omnes necessitudines sunt diligentius cōmendo: non ut aliquid de illa cōmēdatione cōminuam: sed ut ad hanc addam. Nam & priuignus est. M. Cæsii mei maxime & familiaris & necessarii: & fuit in cilicia mecum tribunus militum: quo in munere ita se tractauit: ut accepisse ab eo beneficium uideret: non dedisse. Est præterea quod apud te ualet plurimū a nostris studiis non abhorrens. Quare uelim eum qualibet liberalissime cōplecti re: operamq; des ut in ea legatione quā suscepit suum contra commodum secutus auctoritatem meam q̄ maxime eius excellat industria. uult enim id q̄ optimo cuiq; natura tributū est quāmaximā laudem tum a nobis qui eum impulimus tum a municipio consequi: q̄ ei continget si hac mea commendatione tuum erga se studium erit consecutus.

M. C. Bruto, S. D.

Vcius castronius Pætus longe princeps municipii Lucensis est honestus: grauis: plenus officio: bonus plane uir: & tum uirtutibus: tum etiam fortuna: si quid hoc ad rēp. pertinet ornatus. meus autem est familiarissimus. Sic prorsus ut nostri ordinis obseruet neminem diligentius. Quare & ut meum amicum & tua dignum amicitia tibi commendo: cui quibuscunq; rebus cōmodaueris tibi profecto iucundum: mihi certe erit gratū.

M. C. Bruto, S. D.

Vcio titione Strabone equite romano in primis honesto & ornato familiarissime uitor. Omnia mihi cum eo intercedunt iura summæ necessitudinis. Huic in tua prouincia pecuniam debet Pupillius cornelius. Ea res

exigendum est. Strabo mitteret libertum suum Cicero eum diligenter commendat Bruto: ut illud adiuvet in exigenda illa pecunia. Intercedunt sunt. Cura causa rationes. R. cuncta remissa. In gallia: cui tu pes. Honestus de a. p. q. a. si q. p. i. a. laborat pro pecunia sua: affert suspicionem avaritiae: sin vero pro amico significat se officiosum & gratum. Negocium conficiendum: ut pecuniam suam consequatur. Transigas: pericias. Omnia: solent esse. sicut a

Racilius: Caesari imperatori iam rerum potito post mortem Pompeii commendat Ci. praecilium adolescentem quandam nobilissimum, quem & eius eam & et patris optimi viri, & sibi amicissimi a se amari dicit, ut autem Caesari eam habeat commendatorem, dicit fuisse unum

Volcatio: qui romae ius dicit reiecta in galliam est. Peto a te hoc diligentius quam si mea res esset quo est honestius de amicorum pecunia laborare quam de sua ut negocium conficiendum cures: ipse suscipias: transigas: operamque des: quoad tibi aequum & rectum videbitur quam commodatissima conditione libertus Strabonis quam eius rei commissus est negocium conficiat: ad nummosque perueniat. Id & mihi gratissimum erit & tu ipse. L. Titium cognoscas amicitia tua dignissimum. Quod ut tibi cura sit ut omnia solent esse quae me velle scis: te vehementer etiam atque etiam rogo. Vale.

M. T. C. Caesari imperatori. S. D.

Racilius tibi commendo unice tui necessarium meum familiarissimum viri optimi filium: quem tum adolescentem ipsum propter eius modestiam: humanitatem animi & amorem erga me singularem mirifice diligo: tum patrem eius redactus intellexi & didici mihi fuisse semper amicissimum. En hic ille est de illis maxime qui irridere atque obiurgare me solitus est: quod me non tecum praesertim quum abs te honorificentissime invitaret: coniungerem αλλε μόνον ποτ εσθι μόνον εις τε σθι νε πελευν audiebam. n. proceres nostros clamitantes. Sed tamen consolatur me idem etiam hominem pulsum: & inanem: gloria volunt incendere atque ita loquuntur. Sed me minus iam movent, ut vides. Itaque ab Homeri magni loquentia confero me ad vera praecipia ευριπιδου μισωδοφίτων ηοστίσθον ναντιωστοφοστ que uerum senex praecilium laudat egregie. & ait posse eundem. & αμασροσσωναιοπιω uidere. & tamen nihilominus σιν αριστε ηεν αιηπιρε χθισε μ μεν αι αλλε υ sed ut redeam ad id unde coepi gratum vehementer mihi feceris: si hunc adolescentem humanitate tua quae est singularis comprehenderit. Et ad id quod ipsorum praeciliorum causa te uelle arbitror: addideris cumulum commendationis meae. Genere nouo sumiliarum ad te usus: ut intelligeres non uulgarem esse commendationem. Vale.

M. C. Caesari. S. D.

Vblium Crassum ex omni nobilitate adolescentem dilexi plurimum ex eo quod ab incute aetate eius bene sperauissem

ro sunt. Vera uti ευριπιδου Euripidis poetae. μισωσθον ponit uerba. Euripidis, quorum sensus hic est odi sapientem qui sibi ipsi non sapiens, scilicet. μισωσθι. odi dicitur etiam μισωσθοσφισθην sapientem. o. τίς qui ουχαυτο non sibi. σφοσθω sapiens, scilicet. αμα simul. προσ ante καιοτηι retro. αιη semper. αριστε ευειν optime agere υπεροχου prestantem summum. ε μ μεν αι existere. αλλε υ. Comprehenditis, complexus fueris: Nuo genere. nouo more & inuitato. quia multa de me inferni. quae tamen ad Praecilii commendationem pertinent.

Vblium Crassum, Appollonius quidam, P. Crassi liberus cum res gestas Caesari monueris literarum graecarum madae cu

amari dicit, ut autem Caesari eam habeat commendatorem, dicit fuisse unum ex iis, qui in ciuilibus dissensionibus hortatus est eum, ut se cum Caesare coniungeret cum ab ipso Caesare & litteris & muneribus inuitaret, & et coram blandis uerbis, ut primo libro in epistola longa diximus, se autem excaecatum non adduci potuisse, ut id faceret, cum quaedam ex principibus romanis ei dissuaderent, quae graece exequitur. Re experientia. En: demonstrans est cum laude. Inuitaret promissionibus tuis, & suauissima oratione incitaret. αλλε υ οη dicit culpa suam fuisse, cui non potuerat persuaderi ut se cum Caesare coniungeret αλλε υ οη π αλλε υ οη. sed meum. ου ποτ ε ευειν ου μ οη αιημ εσθι. ε σθι η προτιβας τοσθι η οσθι. reclusus επειτεν ψυασι. est autem acutissimus deuterus. ηα πε τω per suadeo. hoc autem uerborum sensus sed non mihi animi inducere potuit. Nostros praeromanos principes. Clamitantes dicentes mihi η αλλε υ οσθι fortis εσθι οσθι uel es ηνα ut τις οσθι σε τε γαλ εψινησθι posterorum sex nascetur. ηα εψι εσθι significat ευ ην εσθι dicat. i. fortis sis, ut aliquis posterorum te benedicat. i. laudet, ut iustum pueri dicite cynthia μωσθι dicit se his persuasione esse excaecatum οσθι. sic ηε λεφη nebula. εκ αλλε υ φε textit uelauit καλλε υ τω. n. tego με λεσθι α nigra nebula me rexit, ut non uiderem utilitatem meam sequendo te. με μανασθωσθι. ποσθι forte uel quodam modo δεσθι oportet. ηε adiectio est nihil significans, sicut apud nos i huiusce syllaba, dic dum praedicat & ακλεσθωσθι gloria απολοσθι μεν. i. p. i. p. i. αλλε υ sed praefaciens praefacio. τι aliquid καλλε υ εσθι οη οσθι futuris. υι τωσθι σθωσθι persuasum iri. i. credi dum a posteris. S. m. minus mouet, quam dicit mihi. Magni loquentia praeserta dicitur: supradicta. n. uerba ex Hec

Magni loquentia

Epistolarum familiarium

peret: ut id Caesari gratius accideret: testimonium Ci. per litteras comendatitias ad Ca. optauit. Itaq; Ci. hac epistola uehementer laudat eius ingenium doctrinam & exercitationem dicendi: utaq; idoneu ad scribendas res gestas Ca. cui eum uehementer comendat. Repetit aut in principio epistolae causas comendationis ab eius patrono Crasso. deinde q; Caes. non defuerit & fide & diligentia in bello Alexandrino: ex eo dicit illum debere esse uehementer ei comendatum.

Ab in. aeta. ab adolescentia.

Bene spe: quia ea aetas sola spe pot dare. Existimare. opinionez habere iudicare. Ille. Crassus.

Aptus: utilis. Alexandrino:

q; apud alexandria ciuitate aegypti gestu est a Ca. ut ab eo in commentariis plene scribit.

Consequere.

Non defuit: exhibuit se tibi propriu.

Suo co. proprio motu.

Auctore. suatore. Crassi que tu amasti.

Id co. pos. i. here ab alius ad te comendationes: testimo

nium iudici de eo ei dedi libeter. i. uoluit libeter testificari his litteris

apud te: q; iudiciu de eo habet.

Magni aestimabat. multifacite

bat. Eram exp. quia credidisti iudicio meo de aliis.

Studio. amore.

Posse. i. idoneu ee. s. ma

dare res tuas litteris graecis.

Usum. exercitatione.

In eo gen. scribendi.

Quod ne. s. me comendare eum.

Maiorem immodum: id est uehementissime.

Curius. Seruius Sulpt.

um. gratiae perat: ut lib. iiii.

diximus. cuque parus q

est Peloponesi ciuitas in regione

q; pprie appellat Achaia auctore

Ptolomeo. M. curius multa nego

cia haberet magna & ueteri ami

icitia Ci. conuictus & Attico utrius

que familiarissimo ualde dilectus

Ci. hac epistola diligenter eu com

mendat Seruio: ut si pro eo aliqd

unq; efficere uoluit accedat ad id

maximum sua comendatione eu

mulus: si uero Curius se uerecun

dia sua nondu obtulit seruo: nec

ei notus est dicit Ci. eum non mi

nus a se comendari: quem affirmat

Ci. fore dignum sua tam diligenti

commendatione & amicitia ipsi

Seruio.

Et patris cu; aliquo. pa

tris non est genitiuus ut quida pu

tant: sed ablatiuus.

Patris. in pa

tris ciuitate.

Paruit fuit mihi ex

posita.

Sanctioris. firmioris.

Attici: cuius causa me oia debe

re puto.

Cumulus. augmentuz

accedat. adiungatur.

Obtulit. ad te uenit.

Satis. bene.

Aut q; causa: id est aut si causa est scilicet

eet aliqua: quae indiget maioris

comendationis. i. quae uehemen

tius sit comendanda.

Religiose pie sincere.

Eos: tales.

Accu

ta. diligenti. studiosa.

tum per me existimare capi ex his iudiciisque de eo feceram cognitio. eius libertum appollonium: iam tum quidem quum uiueret & magnificiebam & probabam. Erat enim studiosus Crassi & ad eius optima studia uehementer aptus. Itaq; ab eo admodum diligebatur. Post mortem autem Crassi eo mihi etiam dignior uisus est: quem in fidem atq; amicitiam meam recipere: quod eos a se obseruandos & colendos putabat: quos ille dilexisset: & quibus charus fuisset. Itaq; & ad me in ciliciam uenit: multisq; in rebus mihi magno usui fuit: & fides eius & prudentia: & ut opinor tibi in alexandrino bello: quantum studio & fidelitate consequi potuit tibi non defuit. Quod quum speraret te quoq; ita existimare in hispaniam ad te: maxime ille quidem suo consilio: sed etiam me auctore est profectus. Cui ego commendationem non sum pollicitus: non quin eam ualituram apud te arbitrarer: sed neq; mihi egere comendatione uidebatur: qui & in bello tecum fuisset: & propter memoriam crassi de suis unus esset: & si uti commendationibus uellet et per alios eum uidebam id consequi posse. Testimonium meum de eo iudicauitq; & ipse magni aestimabat. & ego apud te ualere eram expertus: ei libenter dedi. Doctum igitur hominem cognoui: & studiis optimis deditu. Idq; apuero. Nam domi mea cum Diodoro stoico homine meo iudicio eruditissimo multum a puero fuit: nunc autem incensus studio rerum tuarum eas litteris graecis mandare cupiebat posse arbitrari: ualet ingenio habet usum iam pridem eo genere studii leuaturq; uersatur: satisfacere immortalitati laudem tuam mirabiliter cupit: habes opinionis meae testimonium: sed tu hoc facilius multo pro tua singulari prudentia iudicabis. Et tamen q; negaueram commendo tibi eum quicquid ei commodaueris erit mihi maiorem immodum gratum.

M. T. C. S. D. Seruio Sulpitio.

Arcus Curius qui patris negociatur multis & magnis de causis a me diligitur: nam & amicitia peruetus mihi cum eo est ut primum in forum ueni: instituta & patris aliquotiens antea tam proxime hoc miserrimo bello cum domus eius tota mihi patuit: quasi opus fuisset tam essem usus quam meae maximum autem mihi uinculum cum eo est quasi sanctioris cuiusdam necessitudinis: quod est Attici nostri familiarissimus eumq; unum praeter ceteros obseruat ac diligit: quem si tu iam forte cognouisti: puto me hoc quod facio facere serius. Etenim est humanitate

& obseruantia ut eum tibi iam ipsum per se commendatum putē. quod tamen si ita est: magnopere a te quāso ut ad eam uoluntatem si quā in illum ante has meas litteras contulisti: quā maximus postea cumulus accedat. Sin autem propter uerecundiam suam minus se tibi obtulit: aut eum nondum habes satis cognitum: aut quæ causa est cur maioris commendationis indigeat: sic tibi eum commēdo ut neque maiore studio quenquam neque iustioribus de causis commendare possim. Faciamque id quod debent facere ii qui religiose & sine ambitione commendant. Spondebo enim tibi uel potius spondeo in meque recipio eos esse. M. Curii mores: eaque tum probitatem tum etiam humanitatem ut eum & amicitia tua & tua accurata commendatione si tibi sit cognitus dignum sis estimaturus. Mihi certe gratissimum feceris si intellexero has litteras tantum quantum scribens confidebam apud te pondus habuisse. Vale.

M. C. Seruio Sulpitio. S. D.

Non concedam ut Attico nostro: quem elatum lætitia uidi iucundiores tuæ suauissime ad eum & humanissime scriptæ litteræ fuerint quæ mihi. Nam & si utriusque nostrum prope æquæ gratæ erant: tamen ego admirabar magis te quasi rogatus aut certe admonitus liberaliter attico respondisses. Quod tamen dubium nobis quin ita futurum fuerit non erat: ultro ad eum scripsisse: eique nec opinanti uoluntatem tuam tantam per litteras detulisse. De quo non modo rogare te ut eo studiosius mea quoque causa facias non debeo. Nihil enim cumulatius fieri potest: quæ polliceris: sed ne gratias quidem agere quæ tu & ipsius causa & tua sponte feceris. Illud tamen dicam mihi id quod fecisti esse gratissimum. Tale enim tuum iudicium de homine eo quem ego unice diligo: non potest mihi non summe esse iucundum. Quod cum ita sit esse gratum necesse est. Sed tamen quando mihi pro coniunctione nostra uel peccare apud te in scribendo licet utriusque eorum quæ negauit mihi facienda esse faciam. Nam & ad id quod attici causa te ostendisti esse facturum tantum uelim addas quantum ex meo amore accessionis fieri potest: & quod modo uerebar tibi gratias agere: nunc plane ago: teque ita existimare uolo quibuscumque officiis in epiroticis reliquisque rebus atticum abstinueris: iisdem me tibi obligatum fore.

M. C. Seruio Sul. S. D.

Um Lysonē patrensi est mihi quidem hospitium uetus: quæ ego necessitudinem sancte colendam puto: sed ea causa est cum aliis compluribus familiaritas tanta nullo cum hospite: & ea tum officiis eius multis: tum etiam consuetudine quotidiana sic est aucta: ut nihil sit familiaritate nostra coniunctius. Is cum romæ annum prope ita fuisset: ut mecum uiueret: & si eramus in magna spe te meis litteris commendationeque diligentissime:

Non concedam. Pomponius Atticus in Epyro negotia habebat quæ pars est prouicia cui præerat Seruius. Itaque cum Seruius id intelligens ultro scripsisset ad Atticum non rogatus neque admonitus ab eo se omnino paratum esse ei fauere quibuscumque rebus uellet. Cui ostendit has tam liberales litteras Seruius non minus sibi gratas fuisse quam Attico quem eius mira quadam lætitia affectum. atque elatum dicit. Quæ obrem & ei commēdat Atticum cuius tamen causæ omnia facturum pollicetur fuerat. & gratiam agit de tam liberali pollicitatione animi eius erga atticum. Non commō. non sinā non uincet me atticus in hoc. Prope. fere. Aequaliter. Quasi. tanquam. Rogatus. ab eo. cum nihil ad te scripsisset. Ultro. sponte tua sine eius rogatione aut admonitione. Agere. si debeo. De hoc. eo. Attico necesse est. nihil enim potest esse iucundius. quæ idem non sit gratum. Quando. quoniam. Et. i. et. Peccare. errare. Utriusque eorum. declarat quæ sint ea. Nam & ad id quod attici causa. hoc enim negauit se facturum cum dixit suum. de quo non modo rogare te. ut eo studiosius mea quoque causa facias non debeo. Accessionis. augmentum. Modo. paucescunt. nam dixit. sed ne gratias quidem agere debeo. Epiroticis. quas in epyro habet.

Um Lysonē. Lyso patrensis ciuis ueteri hospitio: & familiaritate officiis & consuetudine quotidiana aucta. Cui. consuetus erat. His. in disensione ciuili inter Cæsarē & Pompeiū Pompeianis partibus maxime studuerat. Itaque licet speraret Cicero. Seruium eitis causam omnia facturum esse. tamen quia omnia erant in præte Cæsarē. aliquantulum uerebatur. sed postea impetravit omnia a Cæsarē. pro ipso Lysonē. quare Ciceroni hac epistola ita eum commendat Seruio. ut licet Cæsarē omnia ei concesserit. ipse nihil minus sibi pro eo agendum putet. sed impetrata ei incoluntate a Cæsarē. petit Ciceroni. a Seruio. ut omnia eius magis commendata habeat. & precipue faueat eius filio. qui ad optatus fuerat a quodam. Ciceroni. Memio gemello. qui patris ex exilio fuerat. Sancte. religiose & immobiliter seruandam. quæ fiebat apud antiquos. unde & Iuppietris hospitalis colebatur qui præ

Utro

Accessio

Epistolarum familiarium

esset hospitium. Virg. Iuppiter: ho-
spitibus nam te dare iura loquun-
tur. ¶ Vnus. Cæ. ¶ In no. causa:
in pomy. eiantis partibus. ¶ Time-
bamus. ne Cæ. male consuleret
eius rebus. ¶ Splēdore ipsi? quo
cæ. motus est. ¶ Studio: fauore.
¶ Que ue. incolumitatē uitæ &
fortunarū suarū. ¶ Remittimus
diminuimus. q̄si adepti oīa. i. tanq̄
oīa obtinuerim? a Cæ. & nō egea-
mus fauore tuo. ¶ Eo. pp. id q̄a:
a Cæ. obtinimus q̄ uolumus.
¶ Dubia for. cū nodū sciebamus
mentē Cæ. & an ei esset cōcessū
tus incolumitatē. ¶ Mederi: pui-
dere. ¶ Explorata: certa. ¶ Do-
mum: familiā: ut Vir. Dū domus
æneæ capitolii immobile saxū) Acco-
ler. ¶ Adolescētē. s. cōmēdo. ¶ C.
Mēmius is ciuis roman? patres i
exiliū missus adoptauit in filium
Lysonis filiū. ¶ Cumulate: plene.
¶ Me ille. i. pūter me usq; esse ne-
gligētia in cōmendando: non autē
te esse oblitū mei: quē scit a te plu-
rimum diligi.

Scapōe. A scapōnem pa-
a trensem ciuē & medicum
cōmendat Ci. Seruio: hu-
ius autē medici artē laudat & fide-
litate: quorū utriq; dicit se exper-
tū. cui suz ægrotarent: quoniam
eos diligētē curauit & fideliter.
¶ Ars. medēdi. ¶ Sciētia. doctri-
na. ¶ Valitudine. ægrotatōe. No-
tandū autē tria in medico: sciam: si-
dem beniuolentiā. sine q̄bus non
bene satisfacere potest.

Emilius. Inscriptio huius
m epistolæ ut plurimum est
Octauio: sed puto factuz
errorem. ut pro Seruio scriptū sit
Octauio. q̄ ex epistola quadam
inferius posita q̄ incipit licet eodē
exēplo &c. cognosci pōt. in qua
Ci. non Octauio. sed Seruio agit
gratias. q̄ hāc cōmendationē suā
diligētē obseruauerit. primum t̄gi-
tū Ci. cōmēmorat cās beniuolen-
tiæ suæ erga Auianū. & antiquas
& iustas. Deinde q̄a aberat. Sicyo-
ne urbe. ubi erat Seruū. cōmen-
dat eum diligētē seruiō. & p̄ci-
pue Hāmonium eius libertū. quē
sum opere laudat. ab eoque se
magna officia accepisse dicit tēpo-
re exiliū sui Itaque Cice. a Seruio
ut hunc Hāmonium libertum &
in rebus patroni adiuuet. & eius
nomine charuz habeat & diligit
dignum enim eius amore pollice-
tur. ¶ Sicyone. q̄ ciuitas est me-

facturum id quod fecisti: ut eius rem & fortunas absentis tuereres:
tamen q̄ in unius potestate erant omnia: & q̄ Lyso fuerat in nra
causa: nostrisq; praxidiis quotidie aliquid timebamus. Effectum
tamen est: & ipsius splendore & nostro reliquorumq; hospitem
studio ut omnia quæ uellemus a Cæ. impetrarentur. Quod intelli-
ges ex his litteris quas Cæsar ad te dedit. Nunc non modo remitti-
mus tibi aliquid ex nostra commendatione quasi adepti iam oīa:
sed eo uehementius a te contendimus: ut Lysonem in fidem neces-
situdinemq; tuam recipias. Cuius dubia fortuna timidius tecum
agebamus uerentes: ne quid accideret eiusmodi: ut ne tu quidē me-
deri posses. Explorata uero eius incolumitate: omnia a te studio sū-
mo curaq; peto. Quæ ne singula enumerem: totam tibi domū com-
mendo. In his adolescentem filium eius quem. C. Mēmius gemel-
lus cliens meus quum in calamitate exiliū sui patrensis ciuis factus
esset patrem suum legibus adoptauit: ut eius ipsius hereditatis ius
causamq; tueare. Caput illud est: ut Lysonem quem ego uirum op-
timum gratissimumq; cognoui: recipias in necessitudinem tuam.
Quod si feceris non dubito qui in eo diligendo cæteris cōmendan-
do idem q̄ ego sis iudiciū & uoluntatis habiturus quod fieri cum
uehementer studeo: tum etiam illud uereor: ne si minus cumulate
uideberis fecisse: aliquid eius causa me ille negligētē scripsisse pu-
tet non te oblitum mei. Quanti enim me feceris: tum ex sermonib;
bus quotidianis meis: tum ex epistolis etiam tuis potuit cognos-
cere.

M. C. Seruio. S. D.

Scapone patrensi medico utor ualde familiariter: eiusq; cū
consuetudo mihi iucunda fuit: tum etiam ars quæ sum exper-
tus in ualitudine meorum. In qua mihi tum ipsa scientia tū
etiam fidelitate: beniuolentiāq; satisfecit. Hunc igitur tibi cōmen-
do: & a te peto ut des operam: ut intelligat diligenter me scripsisse
meamq; commendationem usui magno sibi fuisse. Erit id mihi ue-
hementer gratum. Vale.

M. C. Seruio sulpi. S. D.

Arcus æmilius auianus ab ineunte adolescentiā me ob-
m seruauit semperque dilexit uir tum bonus tum perhumā-
nus: omniq; genere officii diligendus: quem si arbitrarer
esse Sicyone & nisi audirem ibi eum etiam nunc: ubi ego reliq; cy-
biræ commorari: nihil esset necesse plura me ad te de eo scribere.
Perficeret enim ipse profecto suis moribus suaque humanitate: &
sine cuiusq; cōmendatione diligeretur a te non minus q̄ & a me & a
cæteris suis familiaribus. Sed cum illum abesse putē cōmēdo tibi
maiorē imodū domū suam: q̄ ē Sicyone: reque familiarē maxime
Caiū Auianum Hāmonium libertū eius: quē qdē tibi et suo nou-

Cumula
te

ciuitas

Sicyone

mine commendo. Nam tum propterea mihi est probatus: q; est in patronum suum officio & fide singulari: tum etiam in me ipsum magna officia contulit: mihi q; molestissimis temporibus ita fideliter beniuoleq; presto fuit: ut si a me manumissus esset. Itaq; pexto a te ut eum Hammonium & in patroni eius negotio sic tueares: ut eius procuratorem quem tibi commendo & ipsum suo nomine diligas: habeasq; in numero tuorum hominem pudentem & officiosum cognosces & dignum qui a te diligatur. Vale.

M. C. Seruio Sulpici, S. D.

Titum Manlium qui negociatur thespis uehementer diligo: nam & semper me coluit diligentissimeq; obseruauit: & a studiis nostris non abhorret. Accedit: eo que uarro murena magnopere eius causa uult omnia: qui tamen existimauit & si suis litteris quibus tibi manlium commendabat: ualde confideret: tamen mea commendatione aliquid accessionis fore. Me quidem tum Manlii familiaritas tum Varronis studium commouit: ad te qua accuratissime scriberem. Grauisimum igitur mihi feceris si huic commendationi meae tantum tribueris: quam tum cui tribuisti plurimum. Id est si Titum Manlium quam maxime quibuscunq; rebus honeste ac pro tua dignitate poteris. iuueris atq; ornaueris. Ex ipsius praeterea gratissimis & humanissimis moribus confirmo tibi eum quem soles fructum a bonorum uirorum officiis expectare esse capturum. Vale.

M. C. S. D. Seruio Sulpicio.

Uicio Cossinio amico & tribuli tuo ualde familiariter utor Nam inter nosmetipsos uetus usus intercedit. Et atticus noster maiorem etiam mihi cum Cossinio consuetudinem fecit. Itaq; tota Cossinii domus me diligit: in primisq; libertus eius Lucius Cossinius anchilaus homo & patrono & patroni necessariis: quo in numero ego sum probatissimus. Huc tibi ita commendo ut si meus libertus esset: eo demque si apud me loco esset: quo & est apud patronum suum maiore studio comendare non possem. Quare pergratum mihi feceris si eum in amicitiam tuam receperis: atq; eum quod sine molestia tua fiat: si qua in re opus ei fuerit: iuueris. Id & mihi uehementer gratum erit & postea tibi iucundum. Hominem enim summa probitate humanitate obseruantiaq; cognosces. Vale.

M. C. Seruio, S. D.

Um antea capiebam ex officio meo uoluptate: q; me mineram q; tibi diligenter Lysonem hospitem & familiae meae comendassem Tum uero postea q; ex litteris eius cognoui tibi eum falso suspectum fuisse uehementissime letatus sum me tam diligenter in eo commendando fuisse. Ita enim scripsit

disterranea Sicyone ptis Achale ut scribit Prolaemus: alia cum in Laconia. Cybira autem ut alio loco diximus ex auctoritate Stra. urbs est Asiae australis. Cuius administratio inter maximas totius Asiae censebatur. Inde Hora. in epistolis. Ne cybira tica: ne bithyna negotia perdas.

¶ Perficeret: si pensus esset. ¶ Libertum tui quez manumissit. l. ex seruo libertum fecit. ¶ Ab ece sicyone. ¶ Etia su. no. i. ppria ca ipsius liberti non mo patroni ca. ¶ Naz laudat libertuz ipsum. ¶ Probatus mi. i. placet mihi e mihi grat. ¶ Molestissimis aduersissimis quibus era in exilio. ¶ Praesto parat. ¶ Vt sicut. ¶ Manumissus liber factus. ¶ Patronus Amani. patrono enim opponitur libertus sunt enim noia ad aliquid dicta sicut dñs & seruus. ¶ Ipsum libertu. ¶ Suo no. propria ca. ¶ Prudentem uerecunduz & modestum.

Manlium laudat Ci. Manli t. erga se beniuolentiam dicit que eum ualde carum esse Varroni Murena a quo fuerat comendatus ipsi Seruio: qui Varro licet confideret multu litteris suis comendatituz: tñ existimauit comendatione Ci. posse aliqd addere. Itaq; ci. dicit & manli familiaritate: & Varronis studio comotuz ee ut eum comendaret diligentissime: assumat enim fore: ut officium uiro neque ingrato neq; in memotuz sit pstaturus ¶ Negociat mercat. het negotia. ¶ Thespis q; est oppidu Helicoti proximu q; et singulari numero dicitur Thespia: ut scribit Strab. l. ix. q; de eo loco plura dicit. ¶ Non ab hor. no est alienus. i. e studiofissim? liptote. ¶ Eo ad id. ¶ Consideret suis. l. heret magna fiducia i litteris suis. ¶ Studiu amor. ¶ Quantum cui. tri. plu. i. si ea tanti feceris quantum nunq feceris aliq. ¶ Pro tua d. i. q; tum tua dignitas patitur. ¶ Fructum. utilitatem & uoluptatem.

Cossinio: Comendat Cice. l. hac epistola seruio. L. cossinii amici & tribulis sui libertum non minus quasi esset libertus suus cas aut comendationis sumit tu a patrono tu ab ipso liberto. ¶ Tribuli ex tribu mea. ¶ Vtus. consuetudo. ¶ Quo i. n. f. necessario ruz. ¶ Probatissimus. gratissimus. Quod. i. iuuare ipz ubi op? fuerit. Um antea. Seruus suspectuz huerat Lysonem patrem sem ei a Cice. supra comen

Cybira

Praesto Patronus Libertus Domin? Seruus Negocia ri Thes pia

Fructus

Epistolarum familiarium

datū q̄ ad se delatū fuerat eū Rome locutū cōtra dignitatē suā q̄ falsum erat: cūq; ille se apud Seruū excusasset: seruus pp litteras Ci. cōmēdatitias oī offensione deposita Lysonē cōmēdatū hūit. Quāobrē Ci. hac ep̄lā dicit se sp̄ accepisse magnā uoluptatē de eo q̄ scripseret diligēter de Lysonē ad ipsum Seruū: sed magis se lætatū: postea q̄ intellexit eū fuisse falsum suspectū Seruio. nā si negligēter scripseret uisus fuisset quodāmō cōsciū huius rei. Itaq; primū agit gratias Seruio: q̄ oēm suspitionis offensionē deposuerit pp litteras suas cōmēdatitias. Deinde excusat ipsum Lysonem q̄ nō mō nunq̄ dixerit aliqd cōtra dignitatē seruii. Sed sp̄ oīa cū summa ei? laude: q̄ idē ab oibus factū dicit. Postreō rursus cōmēdat ei hūc Lysonem. Pur

gatum excusatū. Offensionē molestiā disp̄icentiā ut ita dicā. Affirmanti te. Iustificanti. certificantī. Ne minem. s. esse. Non solum. non solum quia sciret me libēter audite laudes tuas. sed et quia ipse libat? de te cum laude loquebatur. Ita cum tanta humanitate & liberalitate. Litteris meis quibus eum antea tibi cōmēdaui.

Afagaret? Laudat Ci. mul

h tū. Afagareti Larissiaci & gratitudinē & beniuolentiā erga se. Deinde cōmēdat eū Seruio Sul. Larissae? ex Larissa ciuitate thessalie in sinu pelagico unde & Achilles Larissaeus ut Virg. lib. ii. ænei. Quem non mille rates nec Larissaeus achilles.

Mescinius. M. Mindius Me

.I. scini questoris. Ci. frater q̄ heldæ negotiatus fuerat illic p̄sit: quare eū Mescinius hære ditatē litteris peteret: quosdā habebat aduersarios in hac eā & præcipue Oppiam: q̄ uxor fuerat ipsius Mindi. Itaq; Cic. expositis causis suæ coniunctionis cum Mescinio: cōmēdat eū Seruio ut in obtinenda hac hære ditatē eum adiuuet sic que in omnibus eius rebus quæ in controuersiam uocabuntur arbiter & disceptator. Deinde si aliqui ex aduersariis fuerit duriores: qui nolunt causam cōponi sine controuersia: petit a seruiō ut eos romam remittat ad litigandum: si id sine præiudicio dignitatis suæ fieri poterit: & ut id libentius facere possit: dicit se habuisse litteras a M. Lepido. consule: ad ipsum seruium non que cogant illum aliquid facere quoniam existimasset contra eius dignitatem sed que hortētur & cōmēdēt & Mescinium: pro cuius causa & rebus dicit Cic. se non minus laborare quā eum ipsum.

Gravem magnam. Ut a maioribus accepisse enim supra ad Brutum in commendationem. M. Varronis inquit: satis. n. tibi esse cōmēdatū arbitror: ab ipso more malorū q̄ ut te nō fugit hęc quæsture coniunctionē liberorū necessitudinē p̄xiā uoluit eē. Achaiā puicia tua

ad me sibi meam commendationem maximo adiumento fuisse: quod ad te delatum diceret sese contra dignitatem tuam romæ de te loqui solitum esse. De quo & si pro tua facilitate & humanitate purgatum se tibi scribit esset: tamen primum tibi ut debeo maximas gratias ago: quum tantum litteræ meæ potuerunt ut his leuētis omnem offensionem suspitionis: quā habueras de Lysonē deponeres. Deinde credas mihi affirmanti uelim me hoc non pro Lysonē magis quā omnibus scribere hominem eē neminem qui unquam mentionem tuī sine tua summa laude fecerit. Lyso uero cum mecum prope quottidie esset: unaq; uiueret: non solum quia me libenter audire arbitrabatur: sed quia libentius ipse loquebatur: omnia mihi tua & facta & dicta laudabat. Quapropter & si a te ita tractatur: ut iam non desideret commendationem meam: isq; se litteris meis omnia consecutum putet: tamen a te peto maiorem in modum ut eum etiam atq; etiam tuis officiis liberalitate complectare. Scriberem ad te qualis uir esset ut superioribus feceram: nisi eum iam per seipsum tibi satis esse notum arbitrarer.

Vale.

M. C. Seruio. S. D.

Afagaretus Larissaeus magnis meis beneficiis ornatus in consulatu meo memor & gratus fuit: meq; postea diligentissime coluit: eum tibi magnopere commendo ut & hospitem meum & familiarem meum & gratum hominem & uirum bonum & principem ciuitatis suæ: & tua necessitudine dignissimum. Pergratum mihi feceris: si dederis operam: ut hic intelligat hanc meam commendationem magnum apud te pondus habuisse.

Vale.

M. C. Seruio. S. D.

Vcius mescinius ea mecum necessitudine coniunctus est quod mihi quæstor fuit. Sed hanc causam quam ego ut a maioribus accepi semper grauem duxi. fecit uirtute & humanitate sua iustiolem. Itaq; eo sic utor: ut neq; familiarius ullo nec libentius. Is q̄q̄ confidere uidebatur: & sua cā quæ honeste posses libenter esse facturum: magnum tamen esse sperauit apud te meas litteras pondus habituros. id cum ipse ita iudicabat: tum pro familiari consuetudine saepe ex me audierat: quā suauis esset inter nos & quanta coniunctio. Peto igitur a te tanto scilicet studio: quanto intelligas debere me petere pro homine tam mihi necessario & tam familiari: ut eius negocia quæ

Larissa

sunt in Achaia: ex eo q̄ haeres est Marco Minidio fratri suo: qui Heli negociatus est: explices & expedias: tum iure & potestate q̄ habes: tam etiam auctoritate & consilio tuo: sic enim praescriptus iis quibus ea negocia mandauimus: ut omnibus in rebus q̄ in aliquam controuersiam uocarentur te arbitro: q̄ commodo tuo fieri posset te disceptatore ueterentur. id ut honoris mei causa suscipias uehementer te etiam atq; etiam rogo. illud praeterea si non alienum tua dignitate putabis esse: feceris mihi pergratum: si q̄ difficiliores erunt ut rem sine controuersia confici nolint si eos quando cum senatore res est: romam reieceris. Quod quo minore dubitatione facere possis. litteras ad te a. M. Lepido consule non quaerere aliquid iuberet. Neq; enim id tuae dignitatis esse arbitramur: sed quodammodo quasi commendatitias sumpsimus. Scriberem q̄ id beneficium bene apud mescinium positurus esses: nisi & te scire confiderem: & mihi peterem. Sic enim uelim existimes non minus me de illius re laborare: q̄ ipsum de sua. Sed cum illud studeo q̄ facillime ad suum peruenire: tum illud laboro ut non minus hac mea commendatione se consecutum arbitretur.

Vale.

M. C. Seruio. S. D.

Icet eodem exemplo sapius tibi huius generis litteras mitam cum gratias agam: q̄ meas commendationes tam diligenter obserues: q̄ feci in aliis & faciam ut uideo sapius sed tamen non parcam opera. Et ut uos soletis in formulis sic ego in epistolis de eadem re alio modo. Caius Attianus igitur Hammonius incredibiles mihi per litteras gratias agit & suo & amilii auiani patroni sui nomine nec liberalius nec honorificentius tractari potuisse: nec se presentem nec familiarem absentis patroni sui. Id mihi cum iucundum est eorum causa: quos ego tibi summa necessitudine & summa coniunctione ad ductus commendaueram: q̄ M. aemilius unus ex meis familiarissimis atq; intimis maxime necessarius homo qui magnis meis beneficiis deuinctus: & prope omnium qui mihi aliquid debere uidentur gratissimus: tum multo iucundius te esse in me tali uoluntate ut plus prois amicis meis quam ego presens fortasse prodessem. Credo quod magis ego dubitarem quid illorum causa facerem quam tu quid mea. Sed hoc non dubito quin existimes mihi esse gratum. Illud te rogo: ut illos quoque gratos homines esse putes: quod ita esse tibi promitto atque confirmo. Quare uelim quicquid habet negocii des operam: quod commodo tuo fiat: ut te obtinente chasiam conficiant. Ego cum tuo Seruio iucundissime coniunctissimemq; uiuo: magna q̄ tum ex ingenio eius singulari q̄ studio: tum ex uirtute & probitate uoluptatem capio.

Vale.

M. C. Seruio. S. D.

¶ Helide: regione Achaiae: ut scribit Ptolemaeus: in qua est Helis ciuitas. ¶ Negociatus est: mercaturam exercuit. ¶ Explices: liberes. ¶ Potestate: proconsulari de iure dicendo in provincia tua. ¶ Consilio prudentia. ¶ Auctoritate: quae plerumque tollunt multae lites. ¶ Praescriptus: iussimus: ordinauimus: & quasi legem dedimus. ¶ Iis: procuratoribus. ¶ Controuersiam: litem. ¶ Vocarentur: traherentur. ¶ Arbitro: mediatore & iudice. ¶ Disceptatore: discussore: compositore. ¶ Alienum. t. di. i. remotum a dignitate tua: hoc est contrarium tuae dignitati. ¶ Difficiliores: duriores & pertinaciores. ¶ Confici: componi. ¶ Reieceris: remiseris. ¶ Quando: quoniam. ¶ Res est cum senatore. t. quando lis & controuersia est cum Meschino senatore & ita poteris te honestare reiecedo romam eos: qui cum senatore litigant suberent te. s. facere. ¶ Bene positurus: bene collocaturus tanquam apud gratum & memorem. ¶ Et peterem mihi. s. hoc beneficium. t. pro me. ¶ De sua. de propria re sua.

Helis

Præscribo
Disceptator

Icet: Agit Cic. gratias Seruio. quod liberalissime & honorificentissime tractasset. C. Auianum Hammonium & suo nomine & nomine etiam patroni sui Aemilii auiani quos supra commendauerat: ut usum est in epistola: quam falso inscriptam diximus Octauio pro seruio: ostendit autem Cic. q̄ sibi id iucundum & gratum fuerit: & rursus eos eorumq; negocia commendat. ¶ Obserues: efficias. ¶ Sed tamen: pro tamen utitur interdum Cic. his aduersatis gemnatis pro simpli. ¶ Vos iuriscoisulti. ¶ In for. in uestris legibus. ¶ Alio modo: diuerso modo cum tamen res eadem sit. ¶ Absentis: q̄ supra dixerat cum non esse sicyoni sed Cibyrene. ¶ Eorum: & liberti & patroni. ¶ Deuinctus: astrictus. ¶ Quid. m. s. causa faceres. ¶ Te ob. Ac dum es in Achaia proconsul. ¶ Cuz tuo Ser. filio tuo. ¶ Ingento: quo plurimum ualeat.

Epistolarum familiarium

Tu si exposuerat. L. Mescinius Ciceroni litteras eius pro se commendatitias ad Seruium, quas an superiore uicini-
 e tantum sibi profuisse ut statim lectas Seruius procuratoribus oia pollicitus sit, & et multa plura & maiora effeceris
 quae promiserit. Quare et hac
 epistola oia ut quae gratum sibi fuerit &
 quae recte collocauerit id beneficium Dei
 de laudato plurimum Mescinio petit
 a Seruio, ut augeat sua erga illum
 beneficia & transmittat romam Oppia:
 quae fuerat uxor Minda: quae auerterat
 illam hereditatem. Postremo commendat
 et ciuitatem Lacedaemoniorum rogatum
 cuiusdam Philippi Lacedaemonii: ut
 licet ipse eos diligat: & pro iustitia
 sua sit oia factururus: tamen significet eis
 se et facere aliquid eam Ciceronis, cui in-
 telligit fore gratissimum multo liben-
 tius quam peto. ¶ Ut legeris, i. postquam le-
 geris. ¶ Etiam atque et dicendum, i. sapi-
 us repetendum: ut intelligas me esse me-
 more & gratum beneficium. ¶ Studia nos-
 tra sunt in Mescinio. Antea temporibus
 foelicibus erat nobis delectationes.
 ¶ Nunc est uinum, nunc sunt nobis
 saluti, quia nisi nos consolarentur, & a-
 curis abicerent uiuere non possemus.
 Haec suam multis locis supra dixi
 litteras temporibus fecidis esse ornamen-
 to & delectationi, a uersis uero et
 saluti. ¶ Quae erant digna, quae non erant
 contra honorem & dignitatem tuam.
 ¶ Nominatum, noie declarando quae
 sint. ¶ Satisfacendum, fidem habendum
 & re ipsa certificandum. ¶ Eo no-
 mine, ea causa, eo debito. ¶ Fide
 mea, i. sub fide meo promittente ubi
 ordo est. Si quid erit satisfacendum am-
 plius non peti eo nomine, cures, ut satis-
 detur fide mea, oportebat enim Me-
 scinium dare fidem, quod non peteret
 amplius eo debito & hereditate, quod
 ad se perueniebat, ita enim inter liti-
 gantes fieri solet, maxime ab eo qui
 petit. ¶ Auertit amouit e domo ma-
 riam suam, ut faciunt plerumque uxo-
 res, mortuis maritis. ¶ Illa mulier,
 Oppia. ¶ Beneigne, liberaliter, i. pre-
 stitisse beneficium. ¶ Maiorum, fue-
 runt enim clarissimi, & imperium
 Graeciae ut Trogius scribit, multos
 annos tenuerunt. ¶ Iura, quae sunt spe-
 cialia, quibus regantur. ¶ Me de oia
 a qua fueram meis aduersissimis tem-
 poribus humanissime exceptus.
 ¶ Non ege, quia propria uoluntate
 es inclinatus ad eorum fauorem. ¶ Pro
 perturbatoe, i. quantum patitur perturba-
 tio eorum temporum quibus bella ciuilia
 fuerunt inter Caesarem & Pompeium.
 ¶ Nostra, monumenta, i. scripta &
 historias nostras, i. Romanas. ¶ Si
 gnifices demostres, facias eos, i. intelli-
 gere. ¶ Officium meum, quod eis debeo.

Tu si libenter petere a te solco si quid opus est meorum
 e cupiam: tamen multo libentius gratias tibi ago cum fe-
 cisti aliquid commendatione mea: quod semper facis.

Incredibile est enim quas mihi gratias agant etiam mediocriter a
 me tibi commendati, quae omnia mihi grata: sed de Lu. Mescinio
 gratissimum. Sic enim est mecum locutus: te ut meas litteras le-
 geris statim procuratoribus suis pollicitum esse omnia: multo
 uero plura & maiora fecisse. Id igitur (puto enim etiam atque etiam
 mihi dicendum esse) uelim existimes mihi te fecisse gratissimum,
 quod qui sem hoc uehementi-
 lator: quod ex ipso Mescinio te uideo
 magnam capturum uoluptatem: Est enim in eo tum animi uir-
 tus & probitas & summum officium: summaque obseruantia tum
 studia illa nostra: quibus antea delectabamur: nunc etiam uiuimus.
 Quod reliquum est uelim augeas tua in eum beneficia omnibus
 rebus: quae te erunt digna. Sed duo quidem te nominati rogo. Pri-
 mum ut si quid satisfacendum erit amplius eo nomine non pe-
 cures ut satisfietur fide mea. Deinde cum fere consistat hereditas
 in his rebus: quas auertit Oppia: quae uxor Minda fuit: adiues in
 easque rationem quemadmodum illa mulier Romam perducatur:
 quod si purarit illa fore: ut opinio nostra est negotium conficiemus.
 Hoc ut assequamur te uehementer etiam atque etiam rogo. Illud
 quo supra scripsi id in me recipio: te ea quae fecisti Mescinii cau-
 sa: quaeque feceris ita bene collocaturum: ut ipse iudices homini te
 gratissimo iucundissimo benigne fecisse. Volo enim ad id quod
 mea causa fecisti hoc etiam accedere. Nec lacedaemonios dubita-
 re arbitror quod ipsi sua maiorumque suorum auctoritate satis com-
 mendati sunt fidei & iustitiae tuae: Et ego qui te optime nouissem:
 non dubitavi quin tibi notissima & iura & merita populo-
 rum essent. Itaque cum a me peteret Philippus lacedaemonius ut tibi ciuitatem
 commendarem: & si memineram me ei ciuitati omnia deberet: ax-
 men respondi commendatione lacedaemonios apud te non egere.
 Itaque sic uelim existimes me omnis achaiae ciuitates arbitrari pro
 horum temporum perturbatione foelices: quod tu his praesidis. Eundemque me
 ita iudicare te quod unus optime uos non nostra solum: sed etiam graeciae
 monumenta omnia: tua sponte amicum lacedaemonius & esse & fo-
 re. Quare tantum a te peto, ut cum ea facies lacedaemoniorum cau-
 sa quae tua fides: amplitudo: iusticia postulat: ut his si tibi uidebi-
 tur significes te non modo esse ferre: quod intelligas ea quae facias mihi
 quoque grata esse. Pertinet enim ad officium meum eos existima-
 re curae mihi suas res esse. Hoc te uehementer etiam atque etiam
 rogo.

Vale.

M. C. Planco, S. D.

On dubito: Hac epistola cognoscitur quod difficile sit aliquid ab eo aperte postulare quem laeseris: quod & sic non nunquam sit faciendum: & longa & insinuata oratione potius quam breui & aperte uti. eum ex huius epistolae imitatione: tam uere ex praecipis artis ipsius Ciceronis docemur. Argumentum autem huius epistolae hoc est. C. Capito institutus fuerat haeres ex dimidia: & tertia parte ab antistio propinquo suo: qui aliquando quaesitor Macedonia obtinuerat. In sextante uero instituerat fiscum publicum: dummodo id posset sine cuiusquam querela fieri. uerum cum hanc hereditatem Capito sine magno fauore Caesaris imperatore non posset & plancus multum ualere auctoritate & gratia apud

Non dubito quin scias in his necessariis qui tibi a patre relictis sunt: metibi esse uel coniunctissimum. Non his modo causis quae specie habet magnae coniunctionis: sed his etiam quae familiaritate & consuetudine tenentur: quae scis mihi iucundissimam cum patre tuo & summam fuisse. Ab his incipiis noster in te amor profectus auxit paternam necessitudinem: & eo magis quam intellexi ut primum per aetatem iudicium facere potueris quanti quisque tibi faciendus esset: me a te in primis ceptum esse obseruari: colli: diligere. Accedebat non mediocre uinculum tum studiorum: quod ipsum est per se graue: tum eorum studiorum earumque artium quae per se ipse eos qui uoluntate eadem sunt etiam familiaritate deuinciunt. Expectare te arbitror haec tam longe repetita principia quo spectent. Id primum ergo habeto non sine magna iustaque causa hanc a me commemorationem esse factam. C. Capito Atteio capitone uxor familiarissime. Note tibi sunt ueritates meorum temporum in omni genere & honorum & laborum meorum & animi & opera & auctoritatis gratia etiam res familiaris. C. Capitonis praesto fuit & paruic & temporibus & fortunae meae. Huius propinquus fuit Titus Antistius: qui cum forte quaesitor macedoniam obtineret: neque ei successum esset: Pompeius in eam prouinciam cum exercitu uenit. facere Antistius nihil potuit. Nam si potuisset nihil ei fuisset antiquius quam ad capitone quem ut parentem diligebat: reuertitur praesertim cum sciret quanti is caesarem faceret: semperque fecisset. Sed oppressus tantum attigit negocii quantum recusare non potuit. Cum signaretur argentum apud polloniae: non possum dicere eum praesuisse: neque possum negare eum affuisse. Sed non plus duobus aut tribus mensibus. Deinde abfuit a castris: fugit omne negocium. Hoc mihi ut testis uel credas: meam enim ille inestitiam in illo bello uidebat mecum omnia concubabat. Itaque abdidit se in intimam macedoniam quo potuit longissime me a castris non modo ut non praesesset ulli negotio: sed et ut ne iteresset

Caesarem Cice. amicus Planci qui sciret & se & Capitonem aduersus Caesarem fuisse in bellis ciuilibus primum placet sibi Plancum longa repetitione & commemoracione ueteris: & magnae suae cum eo & eius patre necessitudinis. Deinde excusat antistium propinquum Capitonis. Primum quod semper desiderauit Capitonem ad Caesarem reuertendeinde quod Macedonia non sponte concesserit Pompeio sed ab eo oppressus & exponit casum antistii & eius testamentum: commendatque ipsum Capitonem Planco ut det operam ut Caesaris beneficio. C. Capito hereditatem fratris sui obtineat: hoc enim beneficium si impetrauerit: in se collocatum existimatum dicit: postea uero Cice. excusat quod fecerit in bello ciuili contra Caesaris uoluntatem: sed id fecisse non proprio motu: sed aliorum consilio hortatu & auctoritate. Capitonis autem nullum consilium unquam fuisse contra Caesarem significat Postremo affirmat ipsum Capitonem fore gratissimum & memorem tanti beneficii. ¶ Vel. i. euaz: ut uel Primo misera manus. ¶ Speciem apparentiam. ¶ Quam: consuetudinem. ¶ Profectus: qui processit. ¶ Ut primum: cum primum. ¶ Per aetatem: firmiorem. haec enim apta est ad amicitiarum iudicium. ¶ Ornatus. in arte poetica Conuersis studiis aetas animusque uirilis. ¶ Quae rit opes & amicitias. inseruit honori. Commisisse cauet quod mox mutare laboret. ¶ Graue: magnum per se. sua causa eorum. sea ar. significat studia humanitatis & artes liberales. Nam & si omnium studiorum similitudo beniuolentiam conciliat. praecipue tamen eorum quae de humanitate. de moribus. de disciplinis tractant. ¶ Repetita. supra commemorata. ¶ Quo. ad quem finem. ¶ Principia. exordia. ¶ C. Attiro.

incipit exponere causas commendationis. ¶ Meorum temporum. meorum fortunarum. quas diuersis temporibus sum passus. ¶ Animus. uoluntas. dispositio. ¶ Paruit. obscura est. inseruiuit. ¶ Reuertit. s. ad Caesarem. ¶ Attigit. assumpsit. ¶ Signaretur. imprinteretur quoniam signaretur pecunia uel faciem alicuius. uel titalis. ut bigis quadrigis boue annona. & uictoria. unde & nummos uictorios dicit Pli. appellates. Iuuenalis Concisum argentum in titulos faciesque minutas. Nam non intelligunt uerbi proprietatem. qui exponunt signaretur pro assignaretur. s. a Pompeio suis militibus. ¶ Appoloniae. unam ponit Ptolomaeus in Thracia. alteram in Midonta aliam in Psidia galatiae. aliam in macedonia de qua hic intelligit. ¶ Praesuisse. curasse illam pecuniam signadam. ¶ Plus du. affuit. ¶ A castris

Corcyra
Asis

Epistolarum familiarium

Partes
Vncia
Deunx
Dextrans
Bessis
Septunx
Semis
Sclibra
Quincunx
Triens
Quadrans
Sextunx
As
Libra

pompei. ¶ In in. Ma. in interlorem partem macedoniae. ¶ Post praelium: quo pompeius uictus est in Thessalia. ¶ Epythiniam: que regio est in asia. ¶ Inedit: deuenit. ¶ Corcyram: ea quae magna est: adiacet Epyro: insula in qua auctore ptolaeo ciuitas eiusdem nominis. ¶ In se: omnis hereditas secundum iuriscōsultos libro dicebatur: siue as: quia sicut libra in duodecim uncias diuiditur: ita & haereditas. Assis autem partes sunt secundum Varronem uncia quae ab uno dicitur: deunx quasi uncia dempta ex asse dextrans unciae decem dodrans unciae nouem: bessis unciae octo: septunx unciae septem: semis unciae sex. i. u. u. dia libra: quae & se libra dicitur quae cunx unciae quinque triens: unciae quattuor quadrans unciae tres: sextans unciae duae. i. sexta pars assis. As autem siue libra continet totum. De his uide Varronem in lingua latina & iuriscōsultos. dicit ergo euz instituisse haereditem Capitonem ex parte dimidia & tertia: hoc est ex decem uncias: nam dimidia pars semis idest sex unciae. Tertia pars libra est triens. i. unciae quattuor: & sic restant unciae duae: quae sextunx dicuntur in quo erant haeredites ii quorum sine cuiusquam q̄rela potuerat esse publica: idest ad quos potuerat publice peruenire. ¶ At triginta sestertia: idest illae duae unciae sunt triginta sestertia. hoc utrum sine illa quaerela possit esse pu.

¶ Te mi. adiurat Plancum. ¶ Enitere & Ca. Dissolutio. ¶ Detulisse ad me. in me contrulisse. Nihil potest. nihil propono tibi quid agas.

¶ Summito: suggero: & quasi in memoriam redigo. ¶ In eo: in ea sententia. ¶ Quam partem. s. pompeianam. ¶ Steterim fuerim in magistratu. ¶ Munitus: defensus. ¶ Minus ex uo. Ca. i. quod caesar nollet: nam minus pro nō ponitur. ¶ Quo fuerim. s. si quod fecerim in quo fuerim moderator: uelim credas me id fecisse maxime. ¶ Auctoritate. i. suasionem. ¶ Cuius: Capitonis. ¶ Si miles: ita moderatos: neque ualde incensos cōtra caesarem. ¶ Non nisi aliquantulum.

Anlius commendat Cice.

¶ Acilio proconsuli in Sicilia Manlium quendam: ut ei faueat in consequenda haereditate fratris. qui catinae perierat: & ut ostendat dignum commendatione. laudat eius probitatem & doctrinam. ¶ Sosis: nomen urbis ut puto. quae & susa dicitur in susanna parte asiae maioris. ¶ Catinensis: ex catina: quae urbs est siciliae. Reliquis neapolitanis qui ciuitate romana donati fuerant. ¶ Decurio nomen est magistratus: de quo alio loco plenius diximus. ¶ Ascriptus: receptus. ¶ In id munit. Neapolitanum. ¶ Est i bonis: i possessione honorū.

